Tertia Licet mors naturalis et ciuilis equiparantur vbi per respectuz ad id de quo agitur habent eundez effectū vbi tamen etiam fit a iure mentio de beneficio vacante per mortem nō venit vacans per resignationē aut alio modo.si materia est restringibilis.et in qua versatur odium. Prima pars conclusionis probatur i.c.placuit.ij. xvi.q.i.vbi de hoc.et hic in glo.penī et per Jo.mo.in.c.si epūs. de sup.ne. prela.j.et An.de bu.in.c.licet.de offi. dele. Scōa pars probatur hic in tex fm vnum intellectum.

ratia a sede apostolica ad beneficium obtinēdum impetrata.nō est ex eo viciosa.q impetrans non fecit mētionem de beneficio quod prius habuit. Si illud per ordinarium sibi fuit collatū.eo tempore impetrationis hoc ignorante i absentia.vtrūq tamen beneficium tenere non potest.si de iure sint incompatibilia. eligere autem debet.quod beneficiū retinere velit. Hoc dicit.

Prima cō. Si habēs beneficiū ecclesiasticū q̄n tuncunq; modicū impetrat gratiaz. ad aliud obtinendū a papa de beneficio habito mentione non facta, surreptitia est gratia et vitiosa. Probatur hec ꝯclusio a ꝓtrario huiꝰ tex. in ꝓin. et in. c. ad aures. c. cū adeo. et. c. cū te ꝓponente. s. eo. ti. z in. c. nō ꝑt in ꝑn. j. de preben. e. li.

Scda cō. Idē si talis gratia impetretur a legato. licz in inferiori ordinario non sit necessaria beneficij prius habiti expressio. Probat hec ꝯclusio clare ī tex. in cle. fi. de offi. ordi. Et ibi glo. penul. dat rōnem diuersitatis. quare taciturnitas beneficij magis viciat in lr̄is pape et legatoꝝ q̄z inferioꝝ. et ibidē vide Panor. qui putat in inferioribus p̄sumi sciaz ꝓini bñficij In papa aūt et legato p̄sumi ignorantiā. vt in. c. i. s. e. li. de consti. et sic in his potest cadere surreptio. Probat etiam prima ps ꝯclusionis in. c. fi. j. de off. lega. e. li.

Tertia cō. Valet collatio beneficij facta a papa alicui habenti. si fiat motu ꝓprio. q̄uis de priori beneficio nulla sit facta mentio. z idem in collatione facta per legatum motu ꝓprio. q̄uis in ꝓtrariū sit pluriuz opinio. Prima pars probat ī. c. si motu ꝓprio. j. de p̄ben. et hic in gl. iij. Scda ps ꝓbat p glo. in. c. fi. j. de off. leg. z in cle. fi. j. de off. ord. Et est ratio quia ex quo motꝰ ꝓprius pape tollit surreptionē. ergo et motus proprius legati seu inferioris a papa. Est enim vtrobiq; eadez ratio. ex quo nihil est q̄d possit imputari ꝑti. cū nō impetrauit. z sic nō debet puniri sine culpa. vt in regula sine culpa. j. de reg. iur. Alij tñ tenent ꝓtrariū. de quo in iurib⁹ allegatis.

Quarta cō. Si impetrās bñficiū scōm. ignorat sibi collatū primū caret surreptionis vitio. licet de primo beneficio nulla facta fuit mentio. Probat hec ꝯclusio hic in tex. z rōnem dat gl. verbi nescire.

Quinta cō. Habere simł plura beneficia incōpatibilia prohibent iura. nisi dispensatio sufficiens tueatur habētem ipa Prima pars probat hic in fi. tex. et ī cle. gratie. e. ti. in ca. sanctoꝝ. lxx. dist. et in. c. de multa. de preben. Scda ps probat in. d. c. de multa. in fi. all. Et an talis dispensatō super pluralitate tueatur quez in foro conscientie. z q̄ ad deum. vide pulcram glo. in. c. non ē. de vo. que dicit ꝙ sic. dūmō fiat ex causa iusta et per eum qui potest dispensare

Sexta con. In supremis dignitatib⁹ puta episcopatib⁹. pluralitas est ꝓhibita. et solipape dispēsatio reseruata. Et idez in beneficijs duplicibus. que dicuntur alio nomine curata. Probatur ꝑma pars in. c. ij. de transla. prela. et. c. q̄ō translationem. de off. lega. Scda ps probatur in. c. de multa. de prebendō et in extrauag. Jo. xxij. execrabilis.

Septima cō. Vt quis habeat plura beneficia simplicia. aut vnum simplex et aliud curatū in diuersis ecclesijs cōcedere potest loci epūs. licet vtrunq; personalem requirat residentiam de cōsuetudine. aut ex ipsius ecclesie statutis. Probatur hec conclusio hic in glo. verbi iure cōmuni. in princi. z in. c. fi. de cle. non resi. per Jnno

Octaua con. Plura beneficia simplicia de se videnť compatibilia. etiā iure ꝯmuni

aut saltem obtineri possunt simul ex tolerantia7 tacita dispensatione epi Prima ps probaf i.c.cum iam dudū de preben.7.c.extirpande.§.qui vero et de hoc per glo.in.c.dudū.ij.de elec.i.in ca.sanctoz.lxx.dist.cū similib9. Scda ps patet quia hodie Epi tolerant q quis i diuersis ecclesijs habeat plura simplicia beneficia. et tacendo viden i hoc dispesare. Quid de pluralitate in eadem ecclesia patebit in.c.i.§.de consue.

Vāuis papa restituat quem ad gratiā reuocatum.per quaz mandabaf sibi prouideri ō beneficio proximo vacaturo in aliqua ecclesia.non tam debet preferri illi.cui post reuocationem et ante restitutionē in eadez ecclesia.facta fuit similis gratia.nisi aliud exprimat papa. Hoc dicit

Prima con. Solus papa pōt dare litteras ad beneficia nondū vacantia sed vacatura Probaf in tex.iuncta glo.verbi vacaturo.et in.c.ij.de concess. prebē. ō. Legatus autez pape de latere missus id non potest.sed potest reseruare beneficia nonduz vacantia sue collationi.de quo in.c.pūti.et in.c.deliberatione.§. de off.legati.et in.c.si apostolice.§.de preben.

Scda cō. Potest papa ad libitū reuocare gratiā ad beneficia ecclesiastica cōcessam. Probatur hic in tex.7 in.c.is cui.§.de preben.et in.c.fi.§.de concess.p̄bendō. In quibus patz quis sit tenor reuocatorie quam facit successor i papatu p9 obitum predecessoris

Tertia con Si ad gratiam reuocataz restituaf quis a pontifice Romano.intelligiē restitut9 sine iuris alieni preiudicio. nisi aliud exprimaf i principis indulto. Probaf hec conclusio hic in tex. et ratio est quia papa seu princeps i dubio non credif velle tollere ius alterius.pro q facit.c. sup eo.ij.de offi. delega.ō.et ad hoc hic tex. solet allegari

Quarta con Restitut9 per principem ad pristinum statū recuperat oīa. que primo habuit.nisi sint talia in quib9 alter tertius medio tempore ius adquisiuit. Probatur hic in tex. cuz cō coz.hic in glo.fi.alf. Nam quod dicitur q restitutio est prioris stat9 reintegratio.et illud operari debet vt nec prosit nec obsit restituto mutatō status.vt in.l.i.C.de sen.pass.et in.l.i .§.i.ff.qui.ex cau.ma.resti. Hoc enim verum in preiudiciuz concedentis restitutionem.quia quo ad eum plene intelligitur restitutus.Si autē alicui tertio esset ius medio tempore quesitum.in illius preiudiciū nō intelligitur facta reintegratio.vt hic in textu cum concoz.Et facit q damnati aut relegati propter rebellionem.et restituti per dominos non recuperāt bona trāslata ad tertium.sed ea soluz. q per dños et eoz nomine detinentur Item facit q legitimatio facta post mortem patris.non debet preiudicare alijs legitimis quibus iā ius erat quesitum.de quo Bar.in.l.gallus.§. et quid si tm̄.ff.de li.et posthu. Item facit q resuscitatus a morte 7 restitutus ad vitam a sūmo principe videlicet deo nō recuperat bona sua. de q per glo. et Arch.xxij.q.vij.c.licite. et per Jo.an.et doc.in.c. fraternitatis de frigi. Per legistas in.l.nam ad ea. ff.de legi.et in.l.seruus.ff.de act.7 ob

Eo tempore quo papa mandauit alicui pro-

uideri de bñficio cū cura vel sine cura non habuit ille pro quo scribebatur debitam etatem ad beneficiū curatum. licet tempore vacationis bñficij legitime etatis sit effectus. tamē sibi prouideri nō potest de beneficio curato. vigore talium lrāꝝ. quia tempus date est inspiciendū. poterit aūt sibi prouideri de non curato. si quo ad illud sit constitutus ī legitima etate. Hoc dicit

Prima con. Cuilibz prouidēdo ad ecclesiastica beneficia certa etas est a iure determinata. Probaī hec conclusio hic in tex. iunc. glo. fi. Unde promouēd' ad ep̄atum debet compleuisse. xxx. annuz. alias non potest eligi. sed postulari debebit. vt in. c. cum in cunctis. de elec. In beneficijs inferiorū si sint curata beneficia aut dignitates. personatus. requiritur tempus. xxv. annorū. vt in dicto. c. cum in cunctis. ℣ inferiora. et in. c. licet canon ℣. e. li. de elect. Saluo eo quod habeī in. c. vnico. ℣. de eta. et qual. ℣ Ep̄i dispensare possunt cuz eo qui complenit. xx. annum. vt habeat dignitatem. aut personatū. sine cura. In simplicibus beneficijs et non curatis tenet hic gl. fi. ℣ septennes et maiores possunt obtinere beneficia. non aūt minores ꝙ dicunī pueri. Ita tenet etiam glo. in. c. super inordinata. s̄. de prebendis. ꝙa septēnes possunt ad ordines promoueri. vt in ca. de his. xxviij. distī. ergo etiam possunt habere beneficia. Idē tenet Jo cal. dicens tales etiā posse habere beneficia simplicia ī ecclesijs cathedralibus. et illud consuetudine approbari. Idem tenet etiam Jo. de lign. in dicto. c. super inordinata. Et dñi de rota in no. deci. cccxix. que incipit. Item ℣ suppositā ordinatione licet Archi. hic in cathedrali ecclesia tenet contrariū. Sed contra eum facit. c. ex eo ℣. e. li. de elec. 7 . c. si annū. ℣. de iudi.

Scda cō. Si is qui patitur defectū etatis ad beneficia impetrat gratiā. de hoc nulla mētione facta. nulla ē gratia. et surreptitia. Probaī in. c. eam te. de eta. 7. q̄li. et in gl. ij. in. c si pro pauperibus ℣. de preben. que est notabilis 7 bona. ponens quattuor qualitates requisitas in promouendo ad beneficia

Tertia con. Idem si papa motu ꝓprio mandet ꝙ prouideri alicui patienti defectuz etatis de bñficio. nisi apponaī clausula nō ob. aliquibus per que posset impediri nostra concessio. Hanc conclusionem tenet hic Lapus per hunc text. licet Domi. videī tenere ꝙ talis gratia valeat etiaz sine dicta clausula. exq̄ nulla potest surreptio interuenire qđ non est dubiū. si appareret de certa pape scientia

Quarta cō. Si habilis ad bñficiuz simplex inhabilis ad curatū propter defectū etatis impetrat simpliciter beneficiū vacaturū. potest si legitima etas tpe vacationis superueniat obtinere curatum. Probatur hec conclusio in. c ei cui ℣. de preben. quia nō potest notari hic aliqua falsitatis surreptio

Quinta cō Secus si talis petat sibi prouideri de beneficio cum cura vel sine cura. tunc enim apparet surreptio in vna parte supplicationis alternata. Probatur hic. et iste est casus huius. c. nā hoc modo impetrans videī fateri se idoneū ad beneficiū tam curatum ꝙz non curatum. et sic falsuz narrat. Un nullū est rescriptum respectu partis

alternatiue surrepticie. respectu alterius partis valet gratia. qđ nota.

Ultimo nota q̄ in reseptis ad beneficia attēdit tempus date ad quod allegat hic tex. et. c. eā te. s. e. ti.

Propter de bita persoluenda papa concedat epō priuilegium seu gratiaz. q̄ vsq; ad quinquenniū possit percipere fructus primi anni bñficioz vacantiū in sua dioc. nō obstātibus quibuscunq; consuetudinibus priuilegijs aut statutis q̄ possent impedire hanc concessionem. nihilominus tamen non est de mente pape p talem gratiam p̄iudicare fabrice. singulari psone. aut alteri vsui. si de speciali consuetudine. priuilegio. aut statuto fructus hmōi eis sunt debiti. nisi aliud in tali cōcessione reperiatur expressum. Hoc dicit

Prima cō. epō grauato debit. pt papa facere gratiam de fructib⁹ beneficioz vacantiū p̄mi anni in sua diocesi percipiendis. Probat hic in tex. et in. c. penul. s. de ver. sig. et in. c. si tibi concesso. j. de preben

ii. con. Propt pauptatē etiā ecclesia vel clericus nō liberat ab obligatione. beneficiū tam habet ne cōueniat vltra q̄ facere potest. ne egeat habita ratione. Probatur prima pars h̄ in tex et in. c. odardus. de solutio. Scda ps probat in glo. l. stipendia C. de executo. rei iud. Glo. dicit clericū non posse conueniri vltra q̄z facere potest. sicut dicim⁹ in seculari milite. Idē tenet glo. l. diligenter. Unde patz q̄ impetrare hāc indulgentiaz. de qua in tex. non ē necessarium. sed honestatis gpter scandalum populi tollendū si ecclesia nō solueret debitū

Tertia cō. Hmōi gra facta epō per papaz. comprehendit omnia beneficia in dioc. cōstituta. minora et maiora etiam exempta. ac qualitercunq; etiam ex permutatione vacantia. Probatur prima ps in. c. penul. s. e. de v. sig. Et ratio est. quia hec concessio ē fauorabilis. quia principaliter in ea fauor epi attenditur. ideo late interpretanda erit. c. cuz. dilectus. s. de dona. De exemptis q̄ illa comprehendant est glo. quam sequit Panor. in cle. frequens. i verbo p̄terea. super vbo anno. de excess. prelat. Secus esset sm illaz glo. si priuilegiū loqueret de fructibus beneficiorum sibi subiectoz̄. Scda pars probatur in gl. hic in vbo vacare. Et q̄ etiam fructus bñficioz per permutationē vacantiū debent priuilegiate tenent doct. qñ fit permutatō fauore personaz. secus si fieret fauore ecclesiaz. puta propter vtilitatem aut necessitatē. quia ex eq̄tate non includerent sm Bon̄.

Quarta cō. Quamuis iure communi fructus beneficioz vacantiū futuris successoribus debeāt diligenē reseruari. possunt tñ de speciali consuetudine. priuilegio. aut statuto eccle. fabrice. singulari psone. aut alteri vsui deberi. Probat prima ps j. de electio. quia sepe. et. c. p̄nti. de offi. ordi. Scda pars probat hic in text. Ex q̄ patet q̄ consuetudo valet q̄ fructus beneficioz vacantiū primi anni debeā tur defuncto. de quo in extraua. Jo. xxij. que incipit Suscepti regiminis. Et papa non intendit preiudicare p suam gratiam speciali vsui. cui fructus debent. etiamsi dicat in lr̄is. non ob-

stantib⁹ quibuscumq; consuetudinibus.statutis.aut privilegijs. vt hic in tex.nisi aliud exprimat.facit.c.quis. supra eo.

Quita ¶ Legatus de latere +potest gratiã de q̃ hic in tex.eṗo facere.quinimo & epũs ex causa potest fructus beneficiorum vacantium ad tempus sibi retinere. Hanc conclusionem tenet hic glo.ṽbi concedimus.et sequunt doc.

Sexta ¶ Si fructus primi +anni beneficiorum vacantiũ debeant alteri q̃ successori ex indulgentia.consuetudine.aut privilegio speciali.hoc de illis fructib⁹ qui supersunt solutis debitis & deductis expensis necessarijs pro seruitoribus⁹ et ministris debet intelligi. Probatur hec conclusio hic in glo.verbi spẽali gra. Item q̃ndo incipit currẽ hic annus.et q̃t dies habet.vide glo verbi ṗmi anni.et de duplici intellectu huius tex.vide hic glo.fi.

Statutũ istud habet q̃ hodie nullis nisi dignitatem aut personatus habentib⁹ aut ecclesiaꝝ plat̃is auctoritate apostolica vel legatorũ pape possũt cause ṗmitti seu delegari. Nec alibi possunt audiri q̃z in ciuitatibus vel locis insignibus in quibus copia peritoꝝ ṗmode potest haberi. Hoc dicit vsq; ad ℣. Cum vero

Prima ¶ Constitutis in +dignitate aut personatu.aut canonicatum in ecclesia cathedrali habentib⁹ debent causse committi a sede aplica.aut ipsi⁹ legato.alias nulla ẽ ipso iure commissio. Probat̃ hec conclusio hic in ṗncipio iuncto fine tex.vbi ponit̃ decretum irritans facta ṗtra hanc cõstitutionẽ. Et ratio quare personis istis et non inferioribus debẽt hmõi causse committi tangit̃ hic in glo.ṽbi canonicis.quia presumit̃ pro constitutis in dignitate q̃ sint habiliores aliis. Quanto ergo quis maiorib⁹ preest tanto maior et sanctior esse presumitur.vt lxi.dist.c.minamur. Aliam rationem dat gl. verbi committant. ne videl⁹ Epi et magni in opprobriũ propriũ cogant interdum corã rudibus et pannosis clericis litigare. Sz hec ratio impulsiua est. prima autez finalis ſm Jo.de Imo.

Secũda ¶ Sufficit autẽ +q̃ tempore ṗmissionis seu date reperiat̃ dicta q̃litas in delegato.licet desinat ex post recepto per eum iurisdictionis mandato. Probatur hec conclusio hic in glo.verbi canonicis in fi.et tenet gl. in cle.etsi principalis.e.ti. Unde si tẽpore commissionis ille cui papa cõmittit causam fuit canonicus ecclesie cathedralis aut in dignitate cõstitutus aut officialis Epi licz postea desinat esse talis tamen ꝓcedere potest in causa

Tertia ¶ Si papa ex +certa scientia causaz committit simplici clerico valet commissio.licet secus sit in legato Prima pars probat̃ hic in gl. verbi litterarum que dat rationẽ.quia ex quo papa sciẽter facit seu committit causam contra dispositionem huius .c.intelligit̃ velle derogare huic ṗstitutioni.quod potest. Dicit̃ autem papa scribẽ ex certa scientia simplici clerico.quando ex lr̃is apparet q̃ habet sciam facti. Nec requirit̃ q̃ dicat ex certa nostra scientia ſm Bom̃.& faciunt nõ.in.c.i.sup ṽbo noscat̃.de ṗsti. Q̃at legatus non ꝑt ꝑ hanc ṗstituti

onem causam committere. probatur per glo.magnā in.c.fi.j.de hereti. 7 tenet Spec.ti.de lega.§.fi. versi.quid si papa.et Jo.mō.in §.insuper.j.e.c.

Quarta ¶. Delegatus pape aut legati apostolice sedis nō potest causas cōmissas audire.nisi in ciuitatibus vel locis insignibus.in quibus pōt commode peritoꝝ copia haberi. Probatur hec conclusio hic in tex.Et est ciuitas que murorū ambitu terminat. ſm verbi ciuitas.Et intellige de ciuitatibus epalibus.vt in.c.i.de priuileg. In illis enim constituunt epi.vt in.c auduimus.iij.q.j.et in eis tñ docent de sunt leges vt in prohemio ffoꝝ §. hec aūt.vnde presumit q ibi sit pmo de reperibilis copia peritoꝝ etiamsi ciuitas non sit magna ſm archi. post Her.Jnno.et Host.qui etiaz ponit hic diffinitionem ciuitatis.quam ponit Jo.an.in.c.si ciuitas.j.de sen. exc. Dicit aūt locus insignis qui est notabilis precipuus 7 magne fame ſm archi.Et que sint talia relinquit arbitrio boni viri.ſm glo.hic in vbo copia.de quibus locis etiā in cle.q̄uis de fo.compe.Et vult hic ter.notabiliter q erunt talia in quib⁹ cōmode id ē sine magna difficultate possit haberi copia id est abundantia 7 multitudo peritorum. Et intellige non solum de habentibus peritiam iudicandi.vt quia sūt boni causidici seu practici.sed etiam habentib⁹ peritiaz decidendi in iure dubia que possunt in iudicio oriri.vel ſm iura canonica si est talis causa que non potest decidi per leges vtputa spiritualis aut ſz leges si est temporalis vt in.c.i. de no.o.nū.ſm archi.7 Pau.in alt.cle.q̄uis

Quinta conclusio 7 vltima Epūs et inferiores ordinarij possunt causas suas cōmittere simplici clerico. dū tamē audiat causam in ciuitate aut honesto et insigni loco. Prima pars patet.qa ista constitutio non tangit epos et alios ordiarios.qui sua propria auctorita te vtunt committendo.et ergo tales committere possunt quibuscunqz clericis inferioribus.ſm Archi.post Jnno.Her.et Hosti.hic.Scōa pars.probatur in cle.q̄uis.de fo.compe. Maz si epūs in dioc.aliena teneat eligere locum insignem in casu quo ibi procedere potest et iudicare vt ibi.fortius in propria.qō intelligit Panor.ibi quando est talis causa que indiget iurisperitis pro discussione sua.7 p hoc venit hec cōstitutio etiam ad ordinarios quo ad hoc extendenda ſm eaz

Cum vero eiusdē ciuitatis vel diocesis fuerint actor et reus.extra illas causa non debet committi.nisi in sex casibus hic expressis Primus est quādo aliquis impetrat &ptum contra Epōz. Scōs si contra Capl'm ipsius Epi. scilicz ecclesie cathedralis Tertius si Epūs impetrat contra aliquez de sua diocesi. Quartus si aliquis impetrat &ptum cōtra vniuersitatem alicui⁹ ciuitatis.castri aut ville. intellige principalem.licet parua sit ſm doct. Quintus si impetrans non audet intrare diocesim suam in qua etiam reus morat. Sext⁹ si impetrans merito perhorrescit potētiam aduersarij. Jn his casibus potest causa committi extra ciuitatem 7 predictam dioc.dummodo tamen reus non trahatur vltra vnā dietam a fine sue diocesis. Item in vltimis duobus casibus.teneat impetrans in litteris impetratis de dicto timore seu perhorrescentia facere mentionem 7

eam probare ſaltez proprio ſuo iura mento.apud iudicem impetratū.alioquin iudex nequit procedere ꝫ partes a iudicij obſeruatione dimittat ꝛ impetrantem in expēſis legitimis aduerſario condemnet. Hoc dicit

Prima ꝯ Si eiuſdē ciuitatis vl̄ dioc. fuerint actor et reus extra ipſam impetrari nequit delegatus. Probatur hic in tex. Et per hoc quod tex. dicit ipſas in plurali ptz q̄ ſi actor fuit de ciuitate et reus de dioc. aut econtra. ſufficit q̄ impetret in vno dictoꝝ locorū. exquo ambo ſunt de vna dioceſi ſm Arch. Et ſufficit ſm Jo. and. q̄ tempore impetrati &pti actor ꝛ reus ſint eiuſdē dioc. licet fieret poſtea diuiſio. nihilominus valebit &ptum et proceſſus iudicis impetrati in dioceſi in qua communiter erunt tempore impetrationis &pti. alle. extraua. Joxrij. que incipit Sedes aplica circa fi. Item intellige concluſionem veram niſi partes conſentiant ſm glo. in v̄b non ꝓmittantur

Scda ꝯ In caſibus ſpecialibus hic ī tex. expreſſis poteſt extra communez dioc. partium impetrari delegatus. Hec ꝓclusio probatur hic in verſi. niſi. que dictio proprie ſtat exceptiue. Et caſus iſtos enumerauī ſupra in tex. In his igitur caſibus extra dioceſim litigantium poteſt cauſa committi. licet nulla fiat mentio de hac conſtōne p tex. hic. Et vltra caſus hic expreſſos additur ſeptim⁹ caſus. quia ſi fuit appellatum a ſentētia Epī in cauſa matrimoniali de conſuetudine curie ꝓmittitur iſta cauſa alteri Epo extra dioceſim litigantium. Pro qua conſuetudine facit. c. cauſam matrimonij. de offi. deleg. et. c. ex publico. de conuerconiug. ꝛ Spe. ti. de &p. pñta. ſ. ratione forme. v̄ſi. nunc ad inſtructionez. Additur etiam octauus quando in audientia contradictarū de conſenſu partium impetratur iudex extra dioceſim litigantiū ſm Guil. in dicta extrauag. ſedes. et probat hic gl. verbi non committant. Et eſt ratio ſpecialitatis omnium predictorum caſuuz fauor litigantium. quia aut poſſunt habere ſuſpectos iudices infra dioceſim. aut non eſt eis locus tutus. vt ī. c accedens. s. vt li. non conteſta. ꝛ. c. ex parte. de appella. Arch. addit nonum caſum. videlicet ſi Capl'm eccleſie cathedralis velit impetrare contra aliquem de dioceſi. Et idem ſi vniuerſitas ciuitatis. caſtri. vel ville velit impetrare contra aliquem. quia eadem omnino ratio locum habet hoc caſu que in ſuperioribus ergo idem ius. c inter corpalia. de transla. prel. Et idē tenet Jo. de lig. et Genſ. licet Jo. an. tenet contrarium. quia hunc caſū nō reperimus hic exceptū. ꝑ regule erit ſtanduz ſm eum. quia. l. ſancimus. C. de teſta. Et dicit Jo. de Imo. q̄ hec opinio eſt verior. licet pma Arch. ſit equior. Additur et decimus caſus ſi q̄s velit impetrare ꝯ officialem Epī. rōne officij ſui. quia hoc caſu idez de eo dicendū quod in Epo. vt. ī. de cōſue. c. ij. Secus ſi rōne perſone ſue q̄s velit ꝯ eum impetrare. Undecim⁹ p̄t addi q̄ papa ex certa ſcientia cōmittit ꝯ hanc ꝓſtitutionem. quod eſt q̄ de ea facit mentionem

Tertia ꝯ Non p̄t quis in caſibus. s. enumeratis trahi a delegato extra dioceſiz ſuā vltra vnā dietam a fine ſue dioceſis. in qua domiciliū habet cōputandam. Probat hec ꝓclo ꝙ prima pte hic in tex. Pro ſcda parte probat hic

in glo.verbi vnam dietam.quia a loco domcily dicitur quis proprie trahi quo verbo hic vtitur tex. Idez tenet Arch. Licet Senf. Laud. et Joh de lign. teneant q̄ in reali computeꝫ hodie sicut olim dieta a fine diocesꝫ rei de qua agitur. Sed opinio glo. z Arch. est equior fm Bom. de quo h per eum. Dicitur autem in conclusione a delegato. quia ordinarius potest vltra vnaz diocesim trahere reum vt est legatus fm Arch. per. c. vt litigantes .j. de off. or.

Quarta ⁊ Impetrans litteras extra diocesim communem propter phorrescentiā debet in litteris suis exprimē timorem. et de illo postea saltem per iuramentum facere fidem. Probatur hic in tex. in versicu. sed et in duobus Nec tenetur tamen qs causam timoris exprimere fz Arch. nec referet an ipse sit in culpa aut non. quia inspicitur solum iusticia et equitas. argu. c. quia diuersitatem. de concessi. prebē. et. l. papinianus exuli. ff. ō mino. An aūt contra istud iuramentuz perhorrescentie admittatur probatio in cōtrarium. disputat hic Jo. and. Et tenet q̄ sic. tamen dicit ei standum donec reprobetur

Cum autem actor contra reū diuerse dioc. vult impetrare iudicem delegatū. illum non in sua propria diocesi. sed in dioc. rei vel in alia vicina diocesi non distante vltra vnaz dietam impetrare debz Hoc dicit

Prima ⁊ Actor libere impetrat iudicem contra reum. dūmodo a iure nō prohibetur. Probatur hic in tex. z ī c. siquis contra. de fo. comp. et. c. p. et g. de off. dele. z probat hic gl. in vbo recuset. que dicit q̄ actor etiā potest recusare iudicē in non adeundo ipm si fuerit delegatus aut etiam ordinarius. quādo reus plures ordinarios habet. sed iam aditum iudicem actor recusare non potest. de quo in. c. insinuante. de offi. deleg.

Secda ⁊ Potest actor impetrare delegatuz in diocesi rei. aut in diocesi vicina in loco a fine diocesis rei vltra vnam dietam vulgarem minime remoto. Probatur hec conclusio hic in tex. iuncta glo. verbi dietam. que distinguit duplicem dietam scilicet legalem q̄ continet. xx. miliaria. et vulgarem que scilicet est determinata per vsum vulgi et hominū in eo loco. de qua hic tex. loquitur. per tex. in. c. presenti .j. loca. .j. de preben. de materia in. l. continuus. ff. de ver. obliga. z in. l. vicena. ff. si quis cautio. et gl. in. c. cupiētes super verbo commode .j. de elec.

Tertia ⁊ Cōputatur hec dieta non a limite habitationis rei conuenti fz a fine diocesꝫ sui domicilij. Probat .j. .s. pr Et est ratio quia per totam diocesꝫ rei non dicitur ipse grauari. licet trahatur a fine ciuitatis aut habitationis sue vltra duas dietas aut tres vl plures. quia ibi coram ordinario trahi possit vt in. c. cum epūs .j. de offic. ordi. Et siquis haberet domicilia in diuersis diocesibus fiet computatio diete a fine diocesꝫ in qua habet pncipalius domicilium. aut vbi sepius cōuersat. aut vbi habz maiorē dignitatem fm doc. in. c. nōnulli. s. eo. ti.

Quarta ⁊ Vbi quis citatur ad curiam cessat hec cōstō licet nulla de ipsa fēa sit mentio Ratō est q̄ papa intelligit

tunc facere ꝯ hanc cõſtõnem ex certa ſcientia exq̃ dat iudicẽ in curia.iõ valet citatio ſm Compoſt.7 doc.in all' c.nõnulli.ſ.e.ti. qõ vex niſi citat⁹ haberet priuilegiũ.ne vltra vnam dietã poſſet trahi quia tũc de illo facienda eſſet mentio.alꝫ non valet citatio.ceſſat etiam hec conſtitutõ in caſu.c.ſtatuimus.ij.de off.delega.

Quinta ℸ Super appell'one debet imperari iudex in eo loco in q̃ pceſſũ erat in principali negocio ſm Jo.andr.et doct.Vñ ſi aliq̃s dioceſ baſilien̄ peuenit aliquẽ Colonien̄ in dioceſi Colonien̄.et Colonien̄ pdemnat⁹ appellat et iudicem impetrat ſup appell'one illũ nõ impetrabit in dioceſi Baſilien̄ aut vicina.ꝫ in Colonien̄.q̃ licet ipe ſit impetrans mõ in cã appell'onis. fuit tũ reus originalis in cã pncipali.7 ſic ad eũ et ad eius locũ debet reſpectus hꝫi.ſm Joh.an.Jo.mo.7 doct. facit.c.vt litigantes ꝯ.de offi.or.

In nullo caſu poteſt delegatus extra locũ in q̃ eſt dat⁹ partes citare.aut aliquez in cauſa facere pceſſũ.niſi habeat ad hoc expreſſum partiũ conſenſum.nec extra locũ pmiſſionis ꝑt alicui pmittere cauſam nec etiam perſone alie q̃z vt.ſ.habuimus in pnin.hui⁹.c.q̃lificate.hoc die

Prima ℸ Delegat⁹ dat⁹ in certo loco non ꝑt citare ptes aut pcedẽ in alio. niſi de cõſenſu vtriuſq̃ ptis expreſſo. Probaꝫ hic in tex.iunc.glo.vbi pceſſus. Vnde ſi citet ptes ad aliũ locuz 7 ꝓpareant coram eo.et ſcienꝫ coꝝ eo pcedũt et volũtarie.nihilomin⁹ nllꝫ eſt pceſſus ꝑ finẽ hui⁹ tex.vbi decretũ ponit. Nec ob.ſi dicaꝫ q̃ hoc caſu viderenꝫ expreſſe ꝓſentire.exq̃ plus ẽ facto ꝓſentire q̃z vbo.c.dilecti.de app .c.ex ore.cũ pcor.ibi all'.de his que fi. a ma.par.ca.quia illa omnia pcedũt de tacito ꝓſenſu.Sed in caſu nr̃o nõ ſufficit tacitus ꝓſenſus.ꝫ exp̃ſſus requirit ꝓſenſus vtriuſq̃ ſeu ambaꝝ partium.per text.et glo.all'.Et q̃ ambarũ partiũ cõſenſus requirit ꝓbat ꝫ tex. dum dicit partiũ.et facit.c.de cauſis. de off.dele.et cle.ſepe.in.ℸ fi.et in glo in verbo partib⁹.de ver.ſig. Ita etiã tenent dñi de rota in nouis deci.ccc. lxxiiij.q̃ incipit Jtẽ ſi iudex delegat⁹.

Secda ℸ Non poteſt delegatus de expreſſo conſenſu partiũ ambaꝝ extra locũ pmiſſionis alteri cauſam pmittẽ. Hanc cõcluſionẽ tenet ꝫ Jo.an. per tex.quõlibet.et ſequit Lapus.7 ſic ceſſat hec regula ꝑt quis per aliũ ꝯ.de re.iu. 7 eſt ſatis m̃ꝝ ſm docto.

iii. cõ In meris executorib⁹ ſententie.aut gratiaꝝ aplicaꝝ.q̃ ad q̃litatẽ ſeruaꝫ hec pſtõ. nõ ãt in eo quod diſponit ꝫ de loco. Hanc pcl'onem tenet ꝫ Jo.mo.7 Archid.et ſequunt doc.ꝫ.7 in.c.nõnulli ſ.e.ti.et dñi.de rota pcl'one.ccc.q̃ incipit Jtez ſi in forma.vbi dicũt q̃ ſtilus curie obſeruat.q̃ non danꝫ executores ĩ gratijs aut ſententijs niſi ſint in dignitate.aut eccleſiaꝝ cathedralium canonici.quia cum tales ſunt nudi et meri executores.et non iudices. Et ideo tex.hic loquens de iudicib⁹ datis ne trahant quem ad locum diſtantem vltra vnam dietam non habet locuz in eis.q̃d verũ niſi eẽnt dati cum clauſula vocatis vocandis.q̃ tunc locum haberet in eis.c.taz quo ad pſonas q̃z q̃ ad loca.cũ ſint veri iudices ſm eos.Sz ꝯ deciſionẽ dictam facit q̃ etiã notarij ſimplices dantur executores ad prouidenduz de bene/

ficio q̄ ille pro quo scribitur duxerit acceptandum et hoc quando papa mandat generaliter omnib⁹ prelatis vt conferant prebendam. et apponit clausulam ceterum.

Insuper gratis et cum omni puritate debet delegat⁹ iudiciū exercere. nec munus aliquod a partibus recipere. nisi forte esculentum vel poculentum sibi donatum libere. quod tamen paucis diebus cōsumi possit. vel nisi moderatas expensas quando extra domiciliuz suum p̄ficiscitur. propter vtilitatez vel necessitatem ipsius cause Hoc tamen casu non debet in expensis modū excedē. nec cum cōmune negociū gerat plus ab vna q̄ ab alia parte exigē. nec extra domiciliū vt expensas habeat p̄ficisci. quesita occasione seu maliciose Quinimo si partes sint pauperes nihil omnino pro expensis debz exigē Hoc dicit

Prima ℸ Judex dz gratis fine premio temporali iudicare. eternum tamen p̄mium si cū puritate procedat potest sperare. Prima pars probatur hic in tex. et in. c. gratia. et. c. dictum. i. q. i. et .c. cum ab omni. de vi. et hon. cle. vbi bonus tex. et gl. nec enim licet iudici vendere etiam iustum iudicium. xi. q iij. non licet. Licet aliud in aduocato vt ibi. Scōa pars probatur. xij. q. ij. ca. cum deuotissimam. ⁊. c. bone rei. ⁊ bonus tex. in. l. rem non nouam. ℈. sciturī. C. de iudi.

Scōa ℸ Potest tamen delegatus esculenta vel poculēta recipere a partibus si sponte offerantur⁊ paucis possunt consumi diebus. Probatur hic ī text. Nullum aūt munus aliud etiaz vnius denarij potest recipere a parte. etiā spōte donante. vt hic iunc. gl. verbi esculentum. Encenia autem modica recipere potest. quia non dicuntur lucra Nec est verisimile q̄ propter ea moueretur animus iudicis. l. solent. ff. de off. proconsu. et glo. hic in verbo cōsumi. et in. d. c. cū ab oī. Itē de istis esculētis ⁊ poculētis inodic. sufficit q̄ p̄nt p̄sumi pauc. dieb⁹ arbitrio boni. viri forte duob⁹ aut tribus. ℈m glo. h in verbo paucis. licet etiam non consumaṅ paucis diebus. Nec requiriṫ q̄ per delegatum ipsum possit consumi pauco tempore ℈m Jo. and. nam religiosus carnes recipere potest ⁊ fenum pro equo ℈m eum. An aūt sportule sint soluende iudicibus. vide gl. in dicto. c. cum ab omni. ⁊ hic in vbo qualitercunq̄. et in verbo pauperes. et glo. Insti. de actio. in ℈ tripli.

Tertia ℸ Delegatus propter necessitatem vel vtilitatem cause extra suuz domicilium profectus. debet habere moderatas expensas ab ambabus ptibus Probatur hic iuncta glo. verbi moderatas expensas. que dicit q̄ iste expense erunt mediocres. non delicate. nec minores q̄s ptes p̄nt dare. Nec debent partes expensas quas delegatus domi esset facturus deducere. Sicut etiam dicimus in testibus. licet ille deducuntur in victorez ordinario quando proficiscitur extra locū. propter cause vtilitatem ℈m glos. quam sequunṫ et tenent Jo. de fauē. et Gen sel. Licet Jo. mona. dicit etiam h hāc deductionem fieri debere. sed tex hic facit contra eum duz dicit occasione ⁊c. Ad quid enim delegatus hanc occasionem assumeret proficiscendi extra locuz sui domicilij propter habē das expensas si deducē dēret q̄s do-

ni fecisset. Et est ratio differentie inter victorem et ordinarium iudicem ex vna parte. et delegatum et testem ex alia quia victor contendit de iure suo ideo deducit. delegatus de alieno ideo merito non deducit. et idem videtur in teste. Item ordinarius non deducit quia habet salariū a publico. vt in ℣. illud tamen. in auc. de mā. prin. et all'. c. cum ab omni ſm Sen'

Quarta ℣ Delegatus voluntarie proficiscens aut ob aliam causam rationabilem non habebit expensas a partibus. Sed etsi necessario aut vtiliter propter causam proficiscens damna patiatur. partes non tenentur resarcire illa. Prima pars probatur hic in glo. verbi ꝓpter causam. determinans per hoc questionē de scholari cui papa causam ꝓmittit in studio. nec eius pars tenetur ei ministrare expensas licet non sit in suo domicilio. Secus igitur si propter causam proficiscat vt forte fieri debet examinatio testiū et expedit vt iudices p se ipsos testes audiant. ar. l. iij. ff. de testi. Aut sumus in casu in quo alteri examen committi non potest. de quo in. c. mulieres. ℣. de iudici. et glo. ij. in cle. iudices de offic. deleg. vel forte res est subiicienda oculis. de qua agitur. l. ij. ff. de pe. c. licet. de cri. fals. Aut forte de consensu partiū iudex extra locum in quo fuit deputatus. procedere vult in causa. arg. ℣. in nullo. ℣. eo. c. Secūda pars probatur hic in tex. per quem patz q̄ solum expense sunt faciende. non autez damna resarcienda. vnde si equus delegati propter causam dictam moriatur aut tunica delegat⁹ spoliet. nihil habebit a partibus pro damno ſm Jo. an. hic. et probat. c. in nostra. supꝫ de regu. iu. quia aliud est damnoꝝ restauratio. et aliud satisfactio expensarum vt ibi

Alia ℣ A pauperibus delegatus omino nihil debet habere aut recipere pro expensis. Probat hic in textu. Item si vna pars eēt pauper. alia diues. pauper nihil solvet. Sed nec tunc abundans totas expensas faciet. sed iudex reliquam partem ministrabit ſm gl. verbi ab alia. Item quis dicit paup vide gl. Insti. de excusa. tu. ℣. ℣ propt paupertatem. et qualiter probetur ⁊ quis eā tenet probare. vide per Bar in. l. si constante. ff. sol. ma. et ibi doct. De commodis et incommodis paupertatis per Cy. in. l. id quod paupe ribus. C. de epi'. et cle. et per arch. xi. q. iij. ca. pauper. Et hic gl. verbi. pauperes ponit quatuor commoda paupertatis. a quibus liberet nos deus dicit Cy.

Assessorem fraudulēter delegatus non assumat. si indigeat eo. quod scientie sue relinquit tunc neutri parti suspectus assumere debet. et ei de competenti salario per partes soluendo ꝓuideat. alias si nō indigens assessorem sibi adiūgat de suo proprio ei prouidere tenet

Prima ℣ Judex delegatus potest sua voluntate sibi assessorem adiungere. sed si eo non indigeat tenet de suo sibi prouidere Probatur hec cōclusio hic in tex. Est autem assessor quez iudex sibi associat. vt sibi assideat ī causę cognitione. ⁊ eum ad recte decidendum causam instruat ſm Spe. in ti. de assesso. in princi. et talis salariū debet habere. vt ff. de officio assessorum. l. diem functo. et. C. de assessor. iudi. et est hic glo. verbi salarium. Et ꝙle

erit hoc salariũ. determinat hic glo. verbi moderationem. que plura dic̃ inspicienda. vt in ea. Et dicit h̃ Archid̃ q̃ q̃n delegatus non indiget assessore. si assumat assessorem non põt ei prouidere de redditibus. quos habet ab ecclesia. q̃ de suo proprio eip̃ uidebit. Illi reddit⁹ non videntur proprij ipsius beneficiati. de quo h̃ prolixe per eum. de quo per gl. et ibi dicam in. c. presenti. de off. or.

Secũda ℣ An delegatus indigeat assessore. sue relinquenduz est conscientie. nec potest pars ei desup̃ questionem referre. Probat̃ hic in tex. iuncta glo nõbili in verbo relinquat̃. que semp̃ ad hoc allegat̃. q̃ vbi aliquid relinq̃tur conscientie alicuius desuper non potest ei referri questio aliq̃. Quod verum est in his que pendent ex conscięt̃ia ipsius. Secus si lex diceret q̃d fieri deberet per aliquem. et desuper oneraret conscientiam ipsius. tũc enĩ a tali posset appellari ad seniorez. ꝛ il le id quod malefactũ est posset emendare. q̃uis hoc casu ille a quo appellatur appellationi deferre non tenet̃. per glo. nõbilem in cle. i. de iure pa. i verbo oneramus et has glo. notabiles nescit panor. alibi Ideo eas dicit mẽti tenendas et deseruiunt circa cõmissarios quorum conscientiã papa onerat de quo hic plenius p̃ dõicum

Tertia ℣ q̃uis delegat⁹ p̃tibus inuitis possit assessorez sibi adiungere. potest tn̄ pars assessorem habens suspectuz recusare. Prima pars probatur per g. in c. super questionum. ff. verũ in vbo recipiatur assẽsu et sequit̃ hic Jo. an. q̃d verum dicit arch̃. dummõ assummendus sit integri status et fame. nõ turpitudine notatus vel infamis. vt ff. de assesso. l. ij. Secda ps probat̃ hic in tex. ꝛ facit ij. q. v. q̃ suspĉi cuz filib⁹

Quarta ℣ ordinarius iudex si assessore indigeat ei de suo et nõ per partes p̃ uideri faciat. De ista cõclusione vide Jo. an. et doc. in c. cum ab omni. de vi. et ho. cle. et in Spe. ti. de assesso. p̃ totum

Notariuz vel notarios in causa scribentes moderato salario faciat iudex esse cõtentos. nec cum ipsis aut assessoribus alicuius lucri sit particeps. hoc dicit

Prima ℣ In eodem negotio et vna causa possũt simul plures notarij rogari ad conficiendũ instrumenta seu acta Probatur hic et in c. quoniam conẽt. de proba in fi.

Secda cõ. Ad iudicem spectat moderari salaria illoruz. qui exercent aliquod officium in causa Probatur hic ꝛ in. ff. s. proxi. Et de materia taxationis iudicum quo ad salaria officiatorũ et notariorum cause vide hic glo. singularem in verbo officium quaz. dominicus dicit magistram ꝛ notandã Qualiter autem taxata ꝛ determinata sũt salaria officialium curie romane p̃z in extraua. q̃ incipit Sacrosancto. vbi moderantur salaria registrãtium notariorum ꝛ aliorum in curia et puniuntur contrafacientes.

Si quid autẽ delegatus contra constitutionem recepit Illud tenetur restituere non obstante illorum quibus facienda ẽ restitutio remissione. Hoc dicit

Ex tex. elicitur talis cõclusio Recipiens aliquid p̃

iuris prohibitionē teneꝫ id restituē. nec a restitutione poterit eum remissio liberare. Prima ps probaꝫ in.c. quia sepe.j.e.li.de elec.z in.c.quia plerigꝫ.de emu.ecc.vbi de hoc per Jnn et alios. Scda pars probaꝫ hic in tex. Et intellige eam veram quando ius illud exprimit. vt quia prohibet remissionez vt hic.z.j.e.li.de censi.exigit.et in cle.nolētes. q si secus.de heret.secus si ius non prohibet remissionem.vt in vsurario dicim⁹.cui remittiꝫ restitutio vsurarꝫ.de quo p Joan.in.c.quanq̄.j. de vsur. Et cui facienda sit restitutio. vide per glo.in regula peccatū.in verbo restituaꝫ.j.de regu.iur. Et licet in casu nostro non valet remissio.si tñ iudex restituat id quod acceperat.et pars illud liberaliter et sine fraude donet.iudex est securus et valet donatio.licz nō remissio.fm glo.hic.in verbo remissione. que dat rationem diuersitatis z similia vt patet in ea

Proferendo testimonio.delegatus nullū testem citet.nisi id ꝑditio z status cause requirat.et producens competentes expēsas vocato in veniendo stando.et redeundo ministret. Hoc dicit.

Ex texelicitur talis conclusio Judex vocabit testem non in principio sed tempore probationis faciende ad testificandum. et sibi de expensis in eundo.stando.z redeundo faciat prouideri per ꝑducentem ipsuz. Prima pars probatur quia testis sponte non debet se ingere ad testificanduz.l.que omnia.ff. ō procurat. Expectabit ergo vocationem iudicis.de quo in Spe.in tit.de teste.§.qualiter.versi.volens.et per g. in.l.post legatum.§.is vero.ff.de his quibus vt indign. Et quando iudex debet citare aut vocare testes seu q̄ tempore dicit hic glo.in verbo cōditio. Scda pars probaꝫ hic in text.et in.l.qm̄ liberi.C.de testi.cuz concor. hic in glo.verbi producente alt' Nec ob.si dicatur. Testis debet dicere veritatem pro vtraq̄ parte.vt notaꝫ i .c.fraternitatis.in vltima glo.de test et probatur.xiij.q.v.non sane. ergo etiam querere ab vtraq̄ parte habebit expensas.cum commune gerat negocium.arg.§.insuper.et.§.assessorem supra e. Quia dicendū est fm Senf. q casus sunt diuersi.quia producēs testem intendit principaliter probare intentum suum. Jdeo ipse sibi prouidere debet. Judex autē et assessor principaliter negocio communi intēdunt.et sic communiter a partib⁹ eis prouidetur. Jd enim quod principaliter fit.considerare debemus.vt ē gl in.c.q̄nis.j.de pact.

Quicquid cótra presentem constitutionem factum fuerit est ipso iure irritum z inane.hoc dicit.

Ex hoc tex.talis elicitur cōclusio. Factum contra legem prohibitiuam non est ipso iure nullum.nisi aliud in ipsa lege sit expressum. Hanc conclusionem probat hic tex.fm Bom̄.de quo in regula que contra ius.j.de regu.iur.et ibi per By.et per glo.et doc.C. de legi. in.l.non dubium.

Ibi qui a papa habuisti grām z executorē.q̄ te faceret recipi in canonicū alic⁹ ecce. et tibi de prebenda si aliq̄ tūc vacaret Alioquin de proxima vacatura i eadem eccia ꝓuideret.non dz ꝓferri in

prebenda alius qui post te similem gratiam impetrauit in eadez ecclesia licz prius litteras suas presentauerit et prius in canonicum ecclesie fit receptus. Unde si tempore tue receptionis in canonicū. vel postea vacat aliqua prebenda in illa ecclesia si alteri nondū est collata. tibi est conferenda. eodem modo tibi conferenda est si post presentationem et ante tuam receptionez in canonicū vacasset aliqua prebenda. que per processuz tui executoris esset affecta. vt quia notificauit collatori. q eaz voluit tibi auctoritate aplica conferre. vel interdixit ei. ne ipse conferat eam. aut eā sue reseruauit collationi. maxime cuz interpositione decreti. imo et tibi esset conferenda si ante receptionem et p̄sentationem tuam vacasset prebēda. et cum decreto decernente irritum z inane. quod contra ipaz factū fuerit. gratia tibi fuisset concessa. hec vera. nisi tibi possit imputari dolus vl' notabilis negligentia. Hoc dicit. Et pone casū. vt in glo. ꝓma

Prima cō. Quānis rescriptuz ad bñficia habito respectu ad impetrantē dicat ambitiosum. vocatur tamē gratia per respectum ad concedentem ipsum. Prima pars probatur in. c. si gratiose. in fi. s̄ eo. ti. et. c. q̄uis. i. j. de prebend. Secda ps probatur in. c. gratia. s̄. e. ti. et hic de quo etiam per glo. in. c. relatuz. s̄. de preben

Secūda cō. Sup gratia alicui ad beneficia obtinēda facta solēt certi executoes dari a sede aplica. prout hic in tex. Et aduerte q inter illos executores est differentia. Nam quidā dātur ad prouidendū. vt hic in tex. q̄nq; ad compellendum vt in. c. si soli j. de concess. preben. et ibi plene de materia in glo. magna

Tertia cō. Impetrans prior in tempore est potior in prebenda iure. licet scds preueniat ipsuz in presentatione litterarum. et in canonicum receptione. Probat hec conclusio in prima parte tex. et in. c. eum cui j. de prebeñ. faē regula. qui prior j. de reg. iur.

Quarta cō. Hec vera in prebenda tē pore receptionis primi impetrantis aut postea vacante. Sed si ante receptionem primi impetrantis vacet p̄benda. poterit conferri scdo impetrāti prius presentanti et recepto. nisi p executorem primi impetrantis sit affecta. Prima pars probatur i iurib⁹ in p̄cedente cōclusione allegatis. Secunda pars probat hic in versi. Idē quoq; Dicitur autem prebenda affecta per executorem ꝑmi impetrantis quando per eū est informata aut capta. Ita q alter amplius de illa non potest se intromittere fm Jo. an. hic qui dat tria significata huius verbi afficio. vnde versus Afficit informat punit. capit. hec tria signat. Primo modo z tertio capitur hic. Et ex tex hic colliguntur hic aliqui modi quibus prebenda dicit affici. Primus ē quādo executor notificat ordinario collatori q ipse vult eaz conferre p potestatem sibi traditam. Secund⁹ quādo interdicit ordinario collatori ne ꝑferat. Tertiꝰ q̄n illam reseruat sue collōni maxīe si adiciat decretū irritās z cassans q̄cq̄d p̄ ipm fm fuerit. Quartꝰ ē q̄n gra in se ꝓtinz decretū pape cassans z irritans factū cōn ipz vt h in vl. q̄nimo. Scds casꝰ ē q̄n mādatū pape fm ē ordīario collatori. z puisū ē de executore ad ꝓuiden

dum in casu negligentie. ⁊ littere sūt presentate ordinario. quia per solaz talem presentationem afficit preben da.vt in.c.ſi capitulo. ī. de concess.p̄ Secus ſi soli ordinario esset scriptuz aut soli executori ad compellendum dato.aut ordinario et executori da to ad compellendū simul essz scriptū quia per presentationem solam taliū lr̄aꝝ nō diceret prebenda affecta vt in.c.ſi soli.ī. de concessi.p̄ben. Et rati onem diuersitatis ponit gl.in.c.ſi ca pitulo.eo.ti. super verbo exequanť. Sextus casus quādo papa alicui cō tulit canonicatū. ꝺa collatio illa ca nonicatus afficit prebendam.vt in.c eum cui.et.c.ſi postquā.ī. de prebend Septimus qñ quis vigore gratie iā in canonicū est receptus per talez re ceptionem affecta est prebēda vacās aut vacatura nulli alteri de iure de bita.ita ꝙ ſi alteri per ordinariū con feratur nō valet collatio.vt in.c.ſi so li.in fi.alle.et hic in prin.c.

Quīta con. Si gratia primi impetrātis secū do presentantis habz decretū pape. prefertur ipse scō impetrāti primo presentanti etiam in prebenda ante presentationem et receptionē primi impetrantis vacante ꝑut probať ħ in ver.quinimo. Et ratio est ꝙ decre tū pape afficit prebendam pro ꝓmo vt supra patuit.etiam vt ignorantes liget.vt hic in glo.verbi decretū.⁊ ꝙ bať in.c.dudum.ī. de prebeñ. et .c.i.ī. de concess.p̄ben.qđ verū est vt colla tio ordinarij etiam ignorantis facta de tali beneficio non valeat. alle.c.ſi postꝙ.et.c.ſi beneficia ī. de prebend Ignorantia tamē decreti talis excu sat eum a culpa et pena ꝺa alias pu niri deberet.vt in.d.c. ſi beneficia. et dicto.c.ſi soli.facit.c.ij. de const.ſ.

Vltima conclusio

Quamuis prebenda sit ꝙ primo im petrante et secundo presentante affe cta.tamen debetur secundo impetrā ti prius p̄sentato ſi dolus potest im putari primo aut notabilis negligē tia Probať hic in fine textus Exem plum de dolo est quia dum vacare deberet tenuis procurauit ꝓmo im petrans vt primo pinguis vacaret. vt sic illa sibi deberetur.et scōs impe trans tenuiorem consequeretur. arg c.ij.ī. de renū. Exemplū de culpa po nit glo.hic.per.c.ſi clericus.ī. de pre ben.vt ſi negligit petere prebendam sibi debitam vigore gratie dum va cat vel fuit negligens infra terminū per executorem secundi sibi prefixuz petere sibi prouideri de beneficio va cante.arg.c.ſi tibi absenti.ī. de prebē. et hoc quando in lr̄is nō fuit termi nus prefixus. Secus ſi ſm ſtiluz ho diernū mādaretur sibi prouideri de prebenda quam infra mensem duxit acceptandam.tunc elapso illo termi no et non ante diceretur negligēs vt est glo.in cle.vna.super verbo infra mensem.de concessi.p̄ben

Ipro te manda-

tū sit alicui executori.vt tibi prouideret auctoritate apo stolica de canonicatu et prebēda ali cuius ecclesie ſi Ep̄us⁊ capl'm illius ecclesie consentirent. et postea alius impetrans anteꝙ Ep̄us et Capl'm consentirent in receptōnem tuā.a pa pa vel ab executore sibi per papam dato.canonicatum in eadez ecclesia obtinuit.ille in prebenda vacante ti bi anteferť.licet etiam tu fis ante va cationem eius de Ep̄i et Capl'i con sensu in canonicū receptus. Hoc dic

Prima cō. Quāuis in habentibus equales gratias. primus impetrans preferat scōo si tamē ius sit quesituz secundo ante primū preferr primo. Probatur prima pars. s. c. proxi. et hic. et j. c. prox. cū similibus. Scōa ps probat hic et in. c. suscepturn. s. e. Nam ex quo hic primo fuit mandatum prouideri sub conditōne. eius gratia refertur ad tēpus extantis conditionis. et qa scōs impetrans ante illud tempus existentis conditionis obtinuit canonicatum. et sic affecta fuit prebenda ex primo vacatura i illa ecclesia. et illa sibi debebatur. sic ipe intelligit primus z potior. cū ipe habeat ius anteq̄ creatuz sit aliquod ius primo. Et ergo licet postea conditio primi eueniat. posterior est in iure. et g̃ si alio modo esset affecta gratia pro scōo ante euentum conditōnis gratie facte primo. licet scōs non esset receptus i canonicū ante conditionis existentiaz. tamen idem esset quia semper preferret pmo tanq̄ potior in iure ſm Joan. et probat. s. c. prox.

Scōa cō Habens gratiam puram prefertur habēti conditionalem gratiam priorem in data. si ante existentiam conditōnis pro scōo sit affecta p̄benda. Probatur etiam hic in tex. z ex conclusione precedenti. Istud tamē videtur limitare glo. verbi executorez in cle. vna de concessi. preben. quia illud est verū. quia conditio apposita in gratia primi. dependet ex arbitrio tertij. qa tunc illo tertio recusante consentire. nullū ius habet impetrās vt hic patet. Ideo affectio superueniens p̄ secundo nullū obstaculū reperit. et sic facit scōo impetrantem potiorem et primo preferendum. vt hic. Sed si cōditio ineſſet ex natura rei puta est cōditio si sit idoneus aut similis iuxta nō. glo. in cle. iudices. de off. dele. aut conditio penderet ex voluntate illi⁹ cui facta est gratia vt est pditio si acceptandum duxerit ipsum. tunc licz prebenda sit affecta pro scōo. anteq̄ purificet conditio primi impetrantis. tamē si purificata fuerit ante collationem factam scōo debet preferri primis. Et sic gratia cōditionata ex existentia rei vel ex voluntate impetrantis fortior est q̄ conditionata ex voluntate tertij. z sic etiā transit Pa nor. in alleg. cle. vnica.

Nobus in eadem ecclesia gratias habentib⁹. de data eiusdem diei. si nō appareat quis eorum prius suaz gratiam obtinuit. ille in prebenda est p̄ferendus. cui papa canonicatuz contulit. Iz alter primo suas litteras collatori presentauit. Si autē papa neutri aut ambobus canonicatū contulit. et sic sunt equales in gratia. tunc ille qui primo suas litteras presentauit est potior in prebenda Si ambo eque velociter currant. et simul suas litteras presentant. tūc ille vel illi ad quos spectat canonicoz receptio et prebendarum collatio. vl̄ eorum maior pars vnū quez voluerint debent eligere. et alter carere debet impetratis. nisi aliud ex tenore litteraruz appareat expresse. Hoc dicit.

Prima con Stāte dubio prioritatis impetrantiū super prouisione beneficij faciēda. vt quia est equalitas in data. ille prefertur qui obtinuit canonicatum a papa Probatur hic in tex. in prin. Et ratio huius est. quia gratia eius qui obtinuit canonicatū ex collatōe

pape eſt vberior et plenior.ideo pre/fertur alteri habenti ſimilem datam vt hic probatur.Et idem ſi alter haberet motū proprīū pape aut ſimilez clauſulaz propter quā ſua gratia eēt vberior ſm Jo.an.hic in nouel.

.ii.con Si due gratie ſuper p/uiſione iaz facta eiuſdē date emanant a papa mutuo ſe impediunt.nec locum habet hoc caſu conſtitutio iſta.Probaꝫ hec concluſio in c.ſi a ſede.in prin.ſ.de preben.7 ibi eā tenet Jo.an. Et intellige pclonez veram qñ neuter eſſet in poſſeſſione

Tertia có. Quāuis due gratie ſint date vna die.per teſtes tñ 7 confeſſionē aduerſarij poteſt de prioritate vnius earum apparē.Probatur hec concluſio hic in glo.verbi ſi non appareat. que eſt valde notanda ſm Bom̄.7 facit gl.in cle.dudū.ſup vbo verbo. de ſepul.et que notanꝫ per Jo.an.in regula nemo ad impoſſibile.de reg.iu. in q.merc̄. Et dixi de materia in.ſ.fi. ſ.eo.li.in prohemio. Et quod dictuz eſt de pfeſſione aduerſarij dicit Bom̄ ſingulariter notandū ad limitationē eoꝝ que nōntur.ſ.de eo qui mit.ī poſſ.i.quia licet per confeſſionem aduerſarij non poteſt quis probare tituluz beneficialem.hoc veꝝ qñ in ſola confeſſione aduerſarij ſe fundaret. Secꝰ ſi inſtrumentū inſtōnis produxiſſet. et per confeſſionem aduerſarij illa pbatio inſtrumēti iuuaretur et validaretur.tunc enim per confeſſionem talem pbaꝫ titulꝰ vt vult h gl.nō bilis.

Quarta có. Data parite/te date 7 ceſſante potioritate gratiaꝝ ad bñficia prefertur ille qui primo ſuam gratiā preſentauit. et ſic ille ī quo maior apparet diligentia.Probatur h in verſ ſi vero neuter

Quinta có. Si ſit concurrāt habētes pares et conſimiles gratias in pſentando.datur ordinario collatori inē illos preſentantes electio ſeu optio. Probaꝫ hic in tex.in vſi.q ſi forſan. Et ſimile ē quod dicimus in duob̄ preſentatis a patrono laico.c.q aūt ſupra de iur. pat.Et quid ſi noluerit eligere.vide hic gl. verbi teneanꝫ.cuius tamen dicto non obſtañ. dicendō ſm Jo.de fautu.et Bom̄.q ordinarius iudex compellat ipſum ad eligendum ſeu etiam concordandū ſi elegerunt et diſcordauerunt. facit cle.i.de offi.or. Nec placet dictum glo.q nullus ſupplet alterius negligentiaz niſi in caſib̄ a iure expreſſis vt nō.Inno in.c.quia diuerſitatem.de conceſſ. p. et Pau.in cle.in pleriſq̄.in princi.de elect.nec reperiaꝫ hoc caſu expreſſuz eē in ſupplere.

.vi.con Non intendit papa vnam eccleſiā grauare de duobus impetrantib̄.niſi illō appareat expreſſe in lr̄is apoſtolicis. Probaꝫ hic in tex.iuncta glo.ſi. Uñ ſi dicatur in lr̄is non obſtāte ſi prealio ſcripſimus qui gratiam ſuam pſequaꝫ.vel non obſtañ ſi p nos fuerit eccīa vr̄a grauata.vl̄ nō obſtañ ſi aliqui auctoritate noſtra in canonicos ſint recepti.aut vt recipianꝫ inſiſtāt. et ſic de ſimilibus.Per has enim generales clauſulas apparet ō mēte pape q vult vtriq̄ puideri.de quo etiā per doc.in.c.mandatum.ſup eo.

uia per ambi-

tioſam petentium importunitatem interdū non concedenda impetranꝫ.Et quia diuinum cultuz pa

pa desiderat augeri et non diminui. ideo revocat omnes indulgentias p petuas quibuscunq; personis ecclesiasticis datas. vt ī absētia possint fructus beneficioꝝ suorum percipere q̄tidianis distributionibus exceptis. Et quia per istas indulgētias prepa ratur materia dissolutionis. et ex ea insolentie oriunt et vagatio inducit et officiū ecclesiasticū omittit. propt̄ q̄ datū fuit beneficiuz Jō papa vo lens aduersus futura cauere. indicat successoribus suis tales indulgentias de cetero concedere aliquibus perso nis non licere. Hoc dicit.

Conclusio prima

De iure communi non potest benefi ciatus in absētia percipere beneficij sui fructus. Probatur hic in tex. naz alias frustra priuilegiū daret. et pro cedit etiam si quis haberet plura be neficia. et in altero eoꝝ resideret vt h Et quando plura habere liceat dēm est in. c. gratia. s. eo. et aliquid ſ. c. pr Ratio aūt conclusionis pz hic ī tex. quia beneficium datur propter offi cium. sed non potest absens deseruire ecclesie in officio. c. quia nonnulli s. de cle. non resi. Vnde de iure cmu ni omne beneficiuz requirit personalem residentiaz. quantuncunq; sit mi nimū. vt in. c. conquerente. de cle. non resi. et nō. Jnno. in. c. fi. eo. ti. pro quo optime. c. sup inordinata. de p̄bend.

Secda con- Consuetudine aut statuto p̄t inducī. vt in absentia possit beneficia tus recipere fructus de simplici bene ficio. nec teneat per se residere in eo. Probatur hec conclusio in. c. cū oēs. iunc. gl. si. que illud aperte tenet. s. de constit. et cōiter doct. in. c. cū iam du dum. de preben. Jmo valet consuetu do vt scilicet percipiat fructus bene ficij non curati. licet neq; per se neq; per vicariū resideat ī beneficio. Ve rum nisi ecclesia indigeat seruitore vt quia pretextu illius cōsuetudinis oēs fere canonici se absentant. et pau ci beneficiati residēt. tunc enim non obstañ ꝓsuetudine possit canonic⁹ re uocari ad residentiam fm Panor. in. c. extirpande. ſ. qui vero. supra d̄ pre ben. et sequit Jmo. et sic ita seruatur Non ob. si dicit q̄ hec cōsuetudo sit ecclesijs onerosa et sic irrationabilis per. c. i. de consue. Quia dicendū fm Jmo. in. c. fi. de cle. non resi. q̄ cū oēs ecclesie sint vna ecclesia. vij. q. i. q̄uis Jdeo seruiendo ecclesie vniuersali sa tis videtur fuire altari seu beneficio suo vt possit viuere de illo

Tertia con- In bñficio curato tene tur quis per se ipm residere non ob stante quacunq; cōsuetudine Proba tur hec conclusio in. c. licet canon ſ. d̄ elec. e. li. et in ca. sacerdotib⁹. xxxi. dist et tenet Jo. de lig. in dicto. c. cuz oēs. et sequunt cōiter doc. oēs. Naz si ha beret consuetudo q̄ posset deseruire ecclesie per vicarium. et fructus perci pere in absentia. talis esset irratione bilis ex eo q̄ in commissione cure eli gitur industria persone cui committitur Jdeo non est rationabile q̄ alteri ꝓmittat. ar. c. is cui ſ. e. li. de offic. deleg. et. c. fi. s. c. ti. Si autem haberet q̄ nec per se nec per aliuz teneat deser uire cure. tunc essz onerosa ecclesie. a nimaꝝ ꝓtinens pericula. et propterea esset inualida. per. c. s. de consuetu.

Quarta con- Habens simplex beneficiū ad cuius residentiā de con suetudine aut statuto ecclesie non te neat. potest eo priuari si requisitus ad

residentiam non venerit sed vagetur Hanc conclusionem plane tenet Jn/ no.in.c. ex parte.de cle.non resi.naꝫ vagationis in clericis est tollēda ma teria.et solū delictū vagatiōis ad pri uationē bñficij ē sufficiens. vt in ca. non oportet.et ca.sequenti. vij.q.i.et sequit̄ Panor.in repetitione.§.qui ve ro.in dicto.c.extirpande

Quinta ꝯ. Absens ex rati onabili causa de licentia sui prelati.ad tēpus a suo beneficio.vtputa.qa est in studio po test ex cōsuetudine.privilegio aut sta tuto fructꝰ sui beneficij.etiamsi cura tum sit percipere.Sed nō distributi/ ones quotidianas.quia in illis nō.p desset.nec valeret cōsuetudo. Prima pars probat̄ in.c.tue.de cle.non resi. .c.licet.de preben.c.super specula.de magist.cuꝫ similibus.vbi habetur q studentes in theologia ex privilegio pape ī int̄l.corpore clauso possunt p/ cipere in absentia fructus beneficioꝝ Et idez habent privilegiū in alijs fa cultatibus studētes hic Colonie.Se cunda ps probatur hic in.c. vnico.§. de cle.non resi.et hic in glo.verbi dis tributiones.

Ex fine tex.talis elicit̄ cōclu/ sio Licet papa nihil possit suo successori imperare. qđ tñ sibi licere non putat.ei potest indica re. Probatur ff.et in.l.digna vox.C. de legi.ꝫ in.c.Innotuit.de elect.quia par in parem non habet imperiuꝫ vt hic in glo.fi.

Consuetudi/

nem quam alique ecclesie observabant tanto tempo re cuius etiaꝫ initij memo ria non extitit. que habuit vt quis in eadem ecclesia habere posset du/ os personatus. aut duas dignitates aut preposituras. aut administratio/ nes.aut duo officia. aut alterum cuꝫ reliquo simul cum canonicatu ꝫ pre benda licite absqꝫ dispensatione pa/ pe tangꝫ corruptelam.et sacris cano/ nibus inimicam papa reprobat.vo/ lens q nullus ad ipsius observantiā teneatur etiamsi iuramento sit firma ta.cum iuramentū non sit vinculū in iquitatis.Unde cuꝫ vix vnum offici/ um digne quis possit adimplere. sta tuit papa vt nullus possit dignitatē preposituram.administratōnem.aut officiū perpetua.simul retinere cum canonicatu et prebenda.et facta ī cō trariū sunt omnino irrita. Hoc dicit

Conclusio prima

Licet dignitas.personatus.ꝫ officiū a quiquidaꝫ dicantur synonima. iné ea tñ si proprie sumant̄ considerāda est differentia Primaꝫ partem tenet glo.in.c.quia nōnulli.de cle.non resi et facit.c.cū accessissent.de constit. et Laudu.in cle.i.de pben. Scđa pars sic patet. Nam dignitas dicit̄ quedā preeminētia seu progatiua in ecclesia administrationeꝫ rerum ecclesiastica rum cū iurisdictione habens annexā vt in.c.volumus cum se.xix.dist.sicut habent Epūs.archidiacon⁹.archip/ sbyter.et similes qui iurisdictionemꝫ preeminentiaꝫ habent super alios.p/ sertim subditos, ecclesiasticos vt pa/ tet in ti.de offi.archidiaconi ꝫ archi presbyteri. Personatus ỽo est qđā p/ eminētia ī choro et capło sine iurisdi ctione vt in.c.dudum.ij.de elec.p Jn no.in.c.de multa.de prebē.et ibi Pa nor. Officiū vero ē onus administra tionis rerum sine prerogatiua put habent procuratores.syndici. came/

rarū.sacriste et similes.vt.i.q.iij.c.sal/uator.de quo.hic late p Archi.7 ple/nius p Bom̄.et glo.in ca.denicz.iiij. dist.iij.c.quia nonnulli.de cle. non re si.in.c.sedes.s.de &p.Lauð.et Fran. in cle.i.de preben. et per dños de ro/ta i nouis deci.clxviij.q̄ incipit Itez de thesauria. Ubi approbare vide/ntur opinio.Paul.in cle.vt hi qui. de eta.et qua.et videnť concordare cuz iaz dictis. Dicunt tamen in istis sem/per consuetudinem et communē vsū ecclesiarum considerandum esse pro ut etiam nō.Innoc.et Hosti.in.c.de multa.de preben.

Scdā con-clusionem. In eadem eccle/sia plres dignitates.plures personatus. aut plura officia perpetua non potest quis ha bere.absq; sedis apostolice dispensa/tione Probatur hec conclusio hic in text.multo minus potest quis eē tri/plex in eadem ecclesia. nec in hoc va/leret aliqua consuetudo. ad quod al legatur hic tex.quotidie

Tertia cō-clusio. Nō potest q̄s iure communi duo beneficia vniformia aut etiā ex dispensatione Ep̄i habere in eadem ecclesia Probatur in glo.penul.in.c. si iuxta.de preben.que dicit q̄ p hoc q̄ habens prebendam in aliqua ec/clesia.si recipit secūdam.ipso iure va cat prima.quaz glo.sequitur Panor. et Jo.an.in.c.litteras.de concess.pb Ūñ q̄ quis habeat duas canonias aut duas capellanias. aut duo alta/ria in titulum in eadem ecclesia non dispensat eps per tex. hic quocunq; nomine censeanť ꝛc.iunc.c.ij. de pcess pben.s.vbi appellatione beneficioz veniunt etiam altaria.7 similia mino ra beneficia.ergo et hic.et glo.i.in si. in cle.ij.de deci. Secus aūt si altaria duo darenť non in titulum sed in cō/mendam.vel ad celebranduz pro de functis.assignato aliquo stipēdio an nuali.quia tūc talia possunt simul re tineri. Et hanc pclusionem tenet etiā Guil.de mon.laudu.in extrauag. exe crabilis.Jo.xxij.et Fre.de senis con/silio suo.cxv.

Quarta conclusio 7 vltima Licz dignitas aut officiū perpetuuz simul cū canonica tu et prebenda in eadem ecclesia iure ꝓmuni non possunt retineri. Jn duo bus tamen diffozmibus in eadem ec clesia retinendis valet cōsuetudo.sta tutū.aut dispensatio Ep̄i. Probatur hec conclusio hic in glo.verbi vnicū et in.c.litteras.de concess.pb. vbi eaz tenet Panoz.et Fred. in conf all'. Et sic licet Eps dispensat in dignitate7 prebenda in eadem ecclesia.non tam dispēsat vt quis possit habere simul duo altaria.'et forte vniformitas in hoc attendiť. Et fere vbiq; consuetu do habz q̄ simul duo diffozmia pñt retineri in vna ecclesia.pro qua facit .c.a collatione.j.de appel.cū pcoz. Jtem ex hoc text.solet allegari q̄ iu/ramentū non est vinculū iniquitatis quod glo.exponit vinculans aut ob ligans ad iniquitatē.et all'.pcoð. Jtem allegari solet q̄ vix digne pōt quis vnū officiū adimplere.

On putam⁹ q̄ ratio[n] abilis sit consue/tudo.quātocunq; tempo/re sit obseruata de facto.q̄ ab offici/ali Ep̄i ad Ep̄m valeat appellatio. quia cum eozum sit idem consistoriū videretur interposita ab eodem ad se ipm. Hoc dicit.

Prima ꝓclusio Licet a delegato Epi ſit appellandum ad Epum.ab officiali tñ ipſius non ad ipm ſed ad archiepm eſt appellandū. Probaꝫ prima pars. in.l.i.ff.quis et a quo appellatur.c.dilecti.de appel.ſ.et hic in glo.verbi officiali.Scda pars probaꝫ hic in tex et in.c.Romana.i.rñſo.j.de app.et eſt rō hic in tex.

Scda ꝯ Licet valeat conſuetudo ꝙ appelletur omiſſo medio.non tamen eſſet rationabilis ſi habēt ꝙ ab officiali ſeu vicario epi.ad epm teneret appellatio. Probaꝫ hic in tex.qui hanc conſuetudinem reprobat tanq̄ irrationabilem.et ratio ponitur hic in glo.quia talis conſuetudo eſſet contra ſubſtantiam.naturam.ꝛ diffinitionem appellationis.et ergo nō valet. Appellatio enim eſt de inferiore iudice ad maiorem prouocatio. Epꝰ aūt non ē maior officiali quia idem habet cōſiſtorium. Qꝛ aūt appelleꝫ omiſſo medio non eſt contra ſubſtantiam appellationis.ſed de circūſtantijs et accidentibus appellōnis ſm glo.

Ultima ꝯ Officiali Epi legitime recuſato.cauſa ſuſpitionis probari debz coram Epo. Probaꝫ hic in glo.ſi.et in.c.ſi contra vnū.j.de offi.dele.et ibi de hoc dicemus

On eſt conſuetudo canonice preſcripta quam allegat Epꝰ improbanda ꝙ in requirendis puniendis ꝛ corrigendis ſubditoꝝ exceſſibus.conſilium ſui Capli requirere non teneaꝫ.

Prima ꝯ Hoc dic. Ad Epm per tinet corrigere ſubditoꝝ exceſſus de cōmuni iure.ad alios tñ poteſt pertinere ex ſpeciali conſuetudine. Primū probaꝫ hic et in.c.i.de off.ord.et.c.ir refragabili.e.ti.cū ſimilibus. Ominimo preſcriptō non currit contra illā correctionem.c.cum ex officij. de preſcrip. Scda pars probaꝫ.nam qñq̄ Archidiaconus corrigit.vt in.c.ad hec.de exceſſ.prela.qñq̄ abbas.c.cū olim.de preſcrip.qñq̄ prior.de ma.ꝛ obe.cū i eccleſijs.qñq̄ decanus.c.dilectis.ō appel. Et idem in alijs inferioribus quibus conſuetudo illud tribuit ſm Soſſr.in.c. irrefragabili.de off.or.et doc.in.c.cū ab eccleſiarum. e.ti.ſm Jo.an.hic et Arch.qui etiaꝫ oſtendit quō in correctione ſe habere debeat prelatus.

ii con Debet tamen Epꝰ in corrigendis ſubditoꝝ ſuoꝝ exceſſibus de iure cōmuni reqrere conſilium ſui Capli. Probaꝫ in c.nouit.et ſe.de his que fi.a prel.cum concorō.hic in glo.ſi.alleg.quinimo et conſenſum Capli habere debet.vt in.c.i.de exceſſ.prelat.et in ca.Epūs nullius.xv.q.vij.

Tertia ꝯ Valz tamen conſuetudo. ꝙ i corrigendis ſubditoꝝ exceſſibus conſilium ſui Capli minime teneaꝫ requirē ſi fuerit preſcripta legitime. Probaꝫ hec cōcluſio hic in tex. Ad preſcriptionem aūt legitimā hmōi conſuetudinis quinq̄ requirunꝫ. Primo bona fides.ſcdo titulus. vt hic in gl.verbi canonice.tertio ſpacio xl.annoꝝ.vt ī c.de quarta.de preſcrip. Jtez quarto ꝙ Epūs eo iure vtaꝫ credens ſe ius habere.et in futurū intendat id facē. alias talis vſus nō dicīꝫ vſus.vt notaꝫ.viij.diſt.fruſtra. Quinto requiritꝫ patientia aduerſarij vt ī ſeruitute di

cimus.et notat in.c.dilectus.s.de capel.mo.Fm.Arch.et Jo.de lig.

Quarta ⁊ Pretextu consuetudis vt supra dicit canonice prescripte. potest Epūs sine consensu sui Capli aut ꝓsilio abbatem deponere. Hanc ꝓclusionem tenet.hic Jo.an.et sequit Bomi.per tex.hic.quia abbas certe diocesis est subditus Epi.igit ꝛc.licet cōtrariū tenuit hic Jo.mo.

um in tua ec-

c clesia habeat consuetudo. ꝙ antiqores canonici possint gradatim meliores p̄bendas optare.q̄ndo vacant.si papa in ea mādat alicui prouideri.de prebenda ꝓximo vacatura.nlli alteri debita p̄nt nihilominus seniores canonici optare.et de nō optata dent illi. pro quo papa scribit ꝓuideri.si nō sit debita alteri.Item in prebēdis apud se.ap. vacantibus.q̄ per papam conferūtur.non habet locum ista consuetudo.vbi autem dicta cōsuetudo obseruatur debet executor ad prouisionē datus a papa expectare optare volētes per.xx.dies.illis elapsis in prebēda nō optata prouidebit libere ei ꝙ quo recepit mandatū pape. Hoc ō.

Prima ⁊ Rationabilis et equa est cōsuetudo. qua in quibusdam ecclesijs antiquioribus canonicis cōceditur prebendarum optio. Probatur h̄ in tex.iunc.gl.verbi antiquiores.⁊.c.statuimus.de ma.et obe.Et an requirit ꝙ sit legitime prescripta.Glo.hic in verbo consuetudo.tenet ꝙ non.ꝛz sufficit ꝙ decez annis fuerit obseruata. eo ꝙ non est contra ius.sed rationabilis.per nō.xij.dis.consuetudo. Nō verū intellige si in illa ecclesia sit certus numerus canonicorum ⁊ certus numerus prebendarum. nō tñ distinctio prebendaꝝ.sed omnia bona sūt Capli in cōmuni quo ad dominiū et quo ad administratōnem.prout ē quasi in omnibus ecclesijs ciuitatis Colonien. Hoc tñ casu si Capl'm ꝑ suos officiales admīstraret⁊ fructus recolligēt.⁊ cuilibz canonico portionem assignaret.cessaret hec consuetudo.quia non esset reperire meliorem prebendam.ex quo non reperitur p̄bendarum distinctio Sed si Capl'm diuidit bona in tot partes quot sūt Canonici.et cuilibet Canonico assignat suam prebendam ad tempus ꝙ ut placuerit Capl'o.tunc in his p̄bēdis potest habere locū optandi consuetudo.Et potest induci.x. annorū spacio.innititur enim equitati vt dictum est.s.Equum enim est ꝙ illi q̄ lōgiori tempe seruierit detur optio seu electio prebende maioris.vl' eius que sibi plus placuerit.ar.c.i.de ma et obe.Si autem in ecclesia esset certus numerus Canonicatuum et prebendarum actualiter distinctarū.tūc in ea minori spacio.xl.annoꝝ. nō potest induci ista consuetudo. Ratio ꝙ ista consuetudo est precise contra iura canonica.q̄ debet legitime spacio .xl.annorum esse prescripta. iuxta.c. de quarta.de prescrip.cum concorō. Nam ex quo per suaz optionem hoc casu quis consequitur prebendaz canonicalem.et sic nouum titulum beneficialē.ex suo facto adquireret ius in beneficio,contra iura.que volunt. ꝙ sine canonica institutione non potest beneficium haberi vt ī regula beneficiū.j.de regulis iuris.⁊ in.c.de institutiōn. De isto plene per dños de rota ī no.decis ccccli. vbi distinguūt

varios status ecclesiarum

Secda ꝯ. Valet gratia impetrata super obtinendo beneficio in ecclesia. vbi seruatur optandi consuetudo.etiamsi in ea de consuetudine nulla sit facta mentio. Hanc conclusionem tex. probat hic et eum tenet Pe.de an. Aliud e si statutū aut cōsuetudo disponat de certo canonicoꝝ numero.vt in.c. constitutus.s.ti.proꝝ. Et ratō diuersitatis est fm Imo.quia primo casu potest habere effectum sine hoc q infringatur dicta consuetudo vt hic in tex.patet.Secdo autem casu non nisi nunerus infringeretur.de quo dixi.s.titu. proxi.cum aliquibus

Tertia ꝯ. Si ī ecclesia vbi ex consuetudine fit prebendarum optio papa mādet alicui prouideri ō beneficio per clausulas derogatorias generales.videlicet non obstantibus quibuslibet consuetudinibꝫ.per tales litteras nō tollitur optandi consuetudo.sed adhuc antiquioribus canonicis pmittitur optio prebende vacantis. Et de nō optata fiet ei pro quo scribitur prouisio. Probatur hic in text.et tenent dñi de rota.decisi.ccxcv.que incipit. Item si mandatur.Et de hac consuetudine loquuntur adhuc due decisiones in nouis videlicet.ccxxi.ꝛ sequēs et ccxci.

Ultima ꝯ. Debet hoc casu optio fieri infra.xx.dies etiamsi gradatim optare velint plures. Probatur hic in tex iuncta glo.verbi duntaxat.

De postulationibus.

Perpetuo edicto prohibent electiones. aut postulationes. sub aliqua ex his quatuor formis fieri. Eligo postulādo.postulo eligēdo. eligo postulandum.postulo eligendum . quia nec resultat ex eis vera electio. nec vera postulatio.sed potius aduersatio. etiam prohibentur fieri sub his duabus formis.eligo in postulanduz.postulo in eligenduz.quia rem imperfectam denotant. Etsi contrarium fuerit factum.eo ipso est irritum. Prohibetur etiam hec forma eligo postulo prout melius ō iure valere pt. tanqz incertitudinem continens. nisi dubitetur probabiliter.an quis sit eligendus aut postulandus.quo casu sit electus et postulatus tempore cōsensus alteram viam eligere necessario tenetur.qua electa ad aliam redeundi est sibi licentia interdicta. Hoc dicit

Prima ꝯ. Sicut per electionem. ita et per postulationem. presidentis tamē gratia interueniēte peruenitur ad ecclesie prouisionem. Probatur hec cōclusio in glo.verbi vera electio. et in glo.sequenti.et supra e.ti. per totum. Est enim electio alicuius persone ad prelationem vel societatem fraternā canonice facta vocatio Postulatio vero petitio gratie a superiore facta fm glo.alle. Intellige cum ex gratia petitur aliquem ineligibilem licenter eligi. Vel fm Hostien Postulatio ē alicuius persone que eligi prohibet non propter vicium sed defectum. q tamen postulandum non omnino inhabilem reddit ad prouidendum ecclesie concors ex certa causa facta petitio. In qua dicitur non propter vi-

cium.quia vicioſus non poteſt poſtu lari.ſ.eo.c.i.quod verum. niſi viciuz poſtulati exprimatur.ſm Arch.in.c. .i.ſ.ti.prox.Dicit ſed defectum qui tū non omnino inhabilem reddit ꝛc.p̄ pter bigamum qui non poteſt poſtu lari.De alijs modis quibus prouide tur eccleſijs patet in.c.cum in illis.ſ. de preben.

Scdā Si eligēdus poſtu ·leť.aut econtra red ditur electio aut poſtulatio vicioſa. ·Patet hec concluſio in glo.verbi eli go poſtulando.que duabus rationi bus eam probat.Que autem ſint ille perſone que ſunt poſtulande. vide in .c.fi.per glo.ſupra e.ti.et hic Jo.mo. ſuper rubrica que dicit q̄ ille qui per mutuum conſenſum eligentiū ⁊ electi ſtatiz poteſt fieri ſponſus eccleſie. ille poteſt eligi.vt quia eſt legitime nat⁹. debite etatis.vita.moꝛib⁹.ac ſcientia commendabilis.et cui non obſiſtunt canones.c.cum in cunctis.ſ.de elect. Qui autem in dictis patitur defectū eligi prohibetur.ſed debet poſtulari vt ex gratia ſuperioꝛis valentis tollē impedimentum pretactum fieri vale at ſponſus.qui alias per ꝓſenſum eli gentium et electi ſponſus fieri nō po tuit.Et idem eſt in patiente defectuz in ordine.c.p̄terea.c.a multis.de etat et qua.Et idem in Epō alligato vni eccleſie.ſupra eo.c.fi.Et licet poſtula tus et admiſſus de iure deberet tunc eligi.tū curia Romana hunc ordinē non obſeruat.ſed admiſſio poſtulati onis habetur pro electione et confir matione vt viteť circūitus ſm Soff eo.ti.in ſūma.et Jo.mō.ꝟ ſup rubca. Simile videmus in matrimonio car nali.vbi prohibiti contrahere propť impedimentū.tamen contrahere poſ ſunt matrimoniū.ex ſuperioꝛis ſcilicz pape diſpenſatione.Et procedit hec concluſio in poſtulatione ſolenni. vt hic in glo.allť

Tertia con Ubi ſimul ·miſcenť ele ctio et poſtulatio ſm modū.de ſeptē modis hic in littera poſitis.redditur actus nullus et inutilis. ·Probať hec concluſio hic in tex .In primis enim quattuoꝛ modis contrarietas conti netur.vt hic declarat gl.iij. Et patet ſic ſm ·Pau.quia qui eligit dicit euz quem eligit nullū habere defectum.q̄ āt poſtulat fateť poſtulādū hr̄e defe ctū.⁊ ſic ꝓtrarietas ī ꝓmixtiōe foꝛma rum In alijs duabus foꝛmis nihil p fecti denotatur.ſed rem imperfectam ſignificant. Nam cum gerundia hūt idem ſignificatum cum infinitiuo.cū adiectione prepoſitionis. Ideo cum dicitur ·Poſtulo in eligendū. vel ecō tra.eſt dicere poſtulo ī ad eligere id eſt poſtulo ī hac via vt ad electionez venire poſſint.vel econtra.ſm Joh. mo.Unde nec electionē per ſe nec po ſtulationem per ſe important. Septi ma autem foꝛma ideo eſt prohibita. quia continet incertitudinem. facit. .c.ij.ſ.ti.prox.

Ultima Si de aliquo ·ſit probabilis dubitatio.an debeat eligi vel poſtu lari addit vltima ſeu ſeptima foꝛma hic tradita.dum conſenſus tempoze hoc modo electᵒ viam electionis aut poſtulationis eligat.nec ad aliam vi am non electam poterit per eum re greſſus fieri. ·Probatur hic ī fine tex Et quando probabilis eſt dubitatō dicit hic glo.in verbo probabiliter. que dat plura exempla. Dicit tamen Jo.an.q̄ in hoc dubio cautum eſſet q̄ deponens votum ſuū in ſcrutinio diceret ſimpliciter conſentio in talez

vel adderet preficiendus ecclesie. nec exprimeret nomen electionis aut postulationis. Et quia dicit conclusio q tempore psensus taliter electus vel postulatus vnam viam tenetur eligē Verum est si vult amplecti et eligere viam electionis. sed si elegerit viā postulationis nō tenetur consentire postulatōni. quia postulatus non habz consentire fm Archi hic. et est glo. in .c. cupentes. §. deniq; in verbo consensus .j. ti. prox.

De electione

tatuim⁹ vt

siquis impugnat electionem. postulationem aut prouisionē. aliquid obijciendo i personam aut formā. et propterea fuerit appellatum ad sedem apostolicā tam opponens q; defendens. et generaliter omnes quos tangit causa infrascripta mensem. a die obiectionis computandū per se vel p procuratores sufficienter ad causam instructos. iter arripiant ad se. ap. veniendi Hoc dicit principiū

Prima c. Quot modis potest electio impugnari. Aut enim in formam electionis. aut in personaz eligentiū seu electi aliquid potest obijci. Probat hic in tex. et in. c. super eo. sup eod.

.ij. con. Hec decre. que de prosecutione appellationis interposite ad papaz loquit. obseruari debet. si ab electione postulatione prouisione. confirmatōne. aut quacūq; collatōne cuiuscunq; beneficij. ad papam appellatur. Probatur hic in tex iunc. §. se. et glo. in verbo prouisionē. Imo locum habet. si a grauamine iudicialiter dictorum occasione illato appelletur fm gl. in verbo occasione in cle. causam e. ti. Item locum habz siue in iudicio siue extra appelletur fz Archi. et doct. Pro quo vide deci. rote in antiquis. xxviij.

Sed si pars ali-

qua. siue sit opponēs siue sit defendēs non venerit ad curiam. ea expectata per. xx. dies post alteri⁹ partis aduētum. potest procedi in causa non obstante alicuius absentia. Et hec in omnibus dignitatibus. personatibus. et canonijs seu beneficijs sūt obseruāda

Prima con. Dilatio etiaz simpliciter assignata. intelligitur peremptoria si fuerit citatio iuris vt i processu cause data. Probatur hec conclusio. nam proxima dilatio seu citatio hominis seu iudicis. nō intelligit peremptoria. nisi id exprimatur. l. ad peremptorium. cum duabus sequentibus. ff. de iudic. Omnes aūt alie dilationes. que dantur post litem contestatam. vsq; ad sententiaz sunt ex se peremptorie. Ita tenent dñi de rota deci. xxxviij. in nouis que incipit Item fuit dubitatū. et de hoc in. c. pastoral' supra de excep. et in cle. i. in verbo peremptorio de excep. sed etiam prima citatio iuris est peremptoria. vt hic tex. quod est singulare.

Scda con. Appellatio in beneficialibus interposita ad sedem apostolicaz. non parens in curia nec seruās ea. que sūt hic statuta. elapsis tempo ribus hic statutis. patitur penam p

cessus non obstante ipsius absentia. Probatur hic in tex. Quid autez appellans in casu huius decre. debeat ī sua appellatione exprimere habetur ī .c. vt circa ī. eo. Itez quomodo appellans se habere debeat vt causam ad curiam devoluat. habetur in cle. causam. e. ti. et ibi multa scripta doc. sunt determinata. de quibus ibidem in gl verbi devoluta.

Adijciētes statuimus vt qui non plene probat qđ in formam obiecit alteri parti in expensis condemnetur. nō probans ām id quod in personam obiecit. a beneficijs ecclesiasticis per triennium ē suspensus. ad que si temere infra illud tēpus se immiscuit eis ipso iure perpetuo est privatus. nisi manifestissimis constet documentis q eum a calūnia excuset sufficiens causa ⁊ probabilis Hoc dicit

Prima ⁊ Impugnās electionem ratiōe forme. si non probat id quod objicit condemnaī in expensis. quas alia ps probat se fecisse occasione illius cause. Probatur hic in text. Et qualiter taxantur expense. vide hic glo. magistram in verbo docuerit. Et de libelli formatione et sententia super expēsis. vide Spe. ti. de iureiurā. ¶. i. versi. vt autem. Et que expense sunt solvende. dicit hic tex. Quia ille que propē prosecutionē cause sunt facte. de quo in. c. finem. de do. et ptu.

Scda ⁊ Non probās id qđ in personaz objicit a beneficijs ecclesiasticis p triennium est suspensus. in quibus si interim administraverit incurrit penam privationis. Probatur hic in tex. Et intellige primam partem de beneficijs illi solum. que obtinet in illa ecclesia in q facta fuit electio. vt ī. c. si compromissarius ī. eo. Item intellige eam de triennio continuo. vt in. c. cupientes. ¶. ceterum ī. eo. et hanc suspensionē incurrit ipso iure fm doc. Itez intellige q etiam iste preter hanc penam patiet condemnationem expensaz fm doc. et probaī in. c. accedens. s. de accusa.

Tertia ⁊ Gravi⁹ punitur deficiens in probatione eorum que obiecit in psonā q si deficeret in probatione obiectorum in formā. Probaī hec conclusio hic in tex. et ex iaz dictis. Et est ratō quia etiaz gravius punitur repulsus ab electione ex vicio persone. q propter viciū formē. vt in. c. super eo. supra eo. Dicit autem quis deficere in probatione. etiamsi semiplene probaverit obiecta. quia semiplena probatio non est probatio. nullum enim et et non sufficiens equipollēt. c. tue. de cle. non re. et probatur in. c. vt circa. in fi ī. eo.

N electionibus.

postulationibus. aut scrutinijs vota conditionalia. alternativa. et incerta sunt reprobata. quia ex puris cōsensibus procedere debet electio. etsi aliqui consenserunt nō pure. eorum vota habenī pro non adiectis. et in votibus aliorum residet electio ea vice Hoc dicit

Prima ⁊ Licet in matrimonio carnali ꝓditio admittaī. in spūali tñ cōtrahendo omnino reprobatur Probatur ꝑma pars in. c. super eo. supra de cond. appo. Scda pars probatur hic in tex. Et rationem diversitatis dat Jo. an. in dicto. c. super eo. super glo.

prima et Jo.mo.hic dicens. q̄ ratio est quia conditio in spirituali tendit ad symoniam.i.q.ij.q̄ppio.c.fi.de pac cū filiab⁹ Sed in carnali matrimonio dare vl̄ facere non est reprobatum.z nedū in eligentibus conditio repro batur vt hic.sed etiam ī electo qui pu re p̄sentire debet.z nisi infra terminū iuris qui habetur in.c.q̄ sit .j.e.ti.pu re consentiat.electores alium eligere poterūt ſm Jnno.z Jo.an. quinimo si electus sub conditione consentit z electores consentiunt.efficitur electio eorū que pura fuit inualida et repro ba.qz ex illo consensu eorū vota effi ciuntur conditionalia ſm Jnno. et Jo.cal.tenet in c.cum non ignores ō preben.per tex.ibi

Secūda cócedere debz Electio pro ex puris consensibus.Unde in ea re probantur vota conditionalia alter nativa et incerta. et si dentur habenť pro non adiectis.Probatur hic ī tex. Exemplum de conditionali voto vt eligo T. si decanus in eum consense rit.et sic de alijs vt hic in g.verbi cō ditionalia De alternatiuo voto ē ex emplum Cōsentio inT.aut b. De in certo ē exemplum Eligo illum quez prepositus elegit. Ratio autez huius conclusionis est q̄ certum consensum vota in electione debent importare. Jtem quia actus legitimi conditio nem aut diem non recipiunt Jtē con ditio ī huiusmodi spiritualibus si sit de dando aut faciendo.symoniam in ducit ſm Jo.mo. Jtem ecclesia que ē sine macula vota sua diu lucī non ē passa ar.l.ij.C.de sponsa.et ideo tra ctatus et consensus dubios et incer tos non admittit ſm eundem Jtem quia per has formas multe fraudes possunt contingere ſm hosti.contra concilium c.cum in cunctis ō.e. Jtez posset dari via eligendi se ipsum vt si dicat quis Eligo eum quem decan⁹ elegit. et decanus illum eligat Jdeo fuit.puidēdum.c.quāto de diuor.Et habet hic tex.etiam locum in collati one bñficij Jtē in pronūciatione ele ctionis et in omnibus substantialib⁹ electionis . non autem in extrinsecis vt si incertitudo aut conditio circa moduz vacationis exprimatur quia et valet electio nullo vacationis mo do expresso.ſm Jnn.ī c.dilecti.ō ap pellatio.non autem habet locum in presentatione vt est glo.antepenl̄. in cle.ij.de iure patrona.quam sequitur Panor.

Ultima ꝯ Dantes vota ō reprobata puniūtur. quia eorum vox recidit in alios in electione illa. Probatur hic in fi.et illud intellige vt in glo.fi.

bi periculuz

maius ibi cautius est pro uidendum Quia igitur p̄ lixa Rōne ecclesie vacatio. plena est periculis vt preteriti temporis docz consideratio. Jdeo omnia iura edita pro vitāda discordia ī electione Ro mani pontificis.papa hic cum cōsen su generaľ Concilij innouat.hoc dic̄ pars prima Et vltra ea.approbante concilio statuit Q̄ si papa moriatur in ciuitate.in qua residebat cum sua curia.tunc cardinales ibidem presen tes expectabunt absentes per decem dies.scilicet a tempore mortis scōm Archidiaconū. Quibus elapsis.om nes presentes in palacio in quo de functus habitabat conueniāt Et sin guli tm̄ vno seruitore clerico vl̄ laico aut ex duob⁹ familiarib⁹ sint p̄senti.

Intrare igitur debēt in eodem palacio vnum conclaue. ⁊ illud inhabitabūt nullo intermedio pariete. vel velamine diuisionem inter eos faciēte. quod conclaue erit vndiq; clausum. sic q; nullus intrare aut exire valeat. aut secrete loqui cum eis. nisi de voluntate omnium Cardinaliū presentium. pro negocio electionis fiendo aliqui vocarentur. reseruabitur tamē liber aditus ad cameraz aliquam secretam ipsis Cardinalibus. Nullus etiam potest secrete loqui alicui Cardinali. aut eis simul i secreto. aut nūcių aut scripturā mittere. alias incurrit sententiam excōicationis ipso fēo Habebit aūt conclaue predictū vnā fenestram artam. per quam eis ministrari possint victualia. sed nulli per eam ad ipsos ingressus pateat. Etsi Cardinales infra tres dies non prouideant ecclesie Romane de pastore postq; ingressi fuerūt conclaue. p qn q; dies immediate sequentes. tam in prandio q; in cena vno solo ferculo erunt contenti. quibus elapsis si adhuc prouisio non ē facta. ministrari debet eis tm̄modō panis vinū et aqua. donec prouisio ecclesie fuerit subsecuta. Et pēdēte negocio electionis cardinales nihil debent recipere de camera pape. nec ō alijs vacationis tēpore ecclesie Romane obuenientib⁹ sed omnia illa maneāt sub camerarij pape defuncti custodia. per euz futuro pontifici reseruanda. et contrafacientes a receptione omniū reddituum ad eos spectantiū. debent abstinere. donec receptorū restitutionez fecerint plenarie. Non debent etiam Cardinales tempore electōnis pape de aliquo alio negocio se intromittē vt facilius electionem valeant expedire. nisi defensio terre ipsius ecclesie aut aliud magnum occurrat negocium. cui omnibus Cardinalibus presentibus concorditer videatur occurrendū. Item si aliquis Cardinaliuz. dictum conclaue exierit sine manifesta infirmitatis causa. aut nō intrauerit. procedit per alios ad electionem eo non requisito. nec etiam admittēdo. Si autem propter infirmitatem manifestam exiuit. aut absens superueniat. adhuc electione non facta. ad cclaue si voluerit admittat in eo statu in quo negociū inuenerit. et oīa de seruitore. cibo. potu. et alijs supra positis obseruabit Hoc dicit vsq; ad ℣. Porro.

Prima c. Hec constitutio tractās de electione summi pontificis prioriб⁹ in hac materia loquentibus non detrahit. sed supplet id quod eis defuit. Probatur hic in prin. tex. Et habentur ille constitutiones priores. xxiij. distin. In nomine dñi. lxxix. dist. siqs papa. et in. c. licet. de euitanda. s. eodē ti. Et sic facit hic text. q; ille qui supplet non detrahit. quod ō seruit pro statutis in quibus datur alicui potestas reformandi et supplendi quia talis supplere potest. non detrahere fm Dominicl.

Scdā con. Hanc constitutionem mature et vtiliter factam per papaz Cōcilio approbante non potest sede vacante cetus Cardinalium reuocare. Prima pars probatur in versic. hoc sacro. Et sic probat hic tex. q; in constitutionib⁹ Concilioz papa est ille qui principaliter statuit et non Concilium ꝫ cciliū se habet approbatiue Unde et papa constitutionem etiaz in generali Concilio editam potest reuocare. quia est super omnia Con-

cilia vt probat in.c.significasti.s.eo. et est glo.hic in verbo Concilio.z gl in cle.vt pfessores.de regula. in vbo pilegio.Unde dicit ibi Panorm.q constitutionez Concilij aut pape cū Concilij approbatione factaz potest papa aut successor eius tollere Nec enī potest papa etiam cum Concilio fi bi legem imponere.pro quo facit.c. innotuit.de elect. Sz q Cardinales eaz tollere non possunt.probatur in cle.ne romani.de elect.in prin.Unde Concilium etiam sede vacante cōsti tutiones pape tollere aut corrigere non potest.vt ibi probat iunc.gl. vbi inferiorem.Et deducit ad longū Archi in.§.ceterum.ī.eo. sup vbo ido neo.quod verum nisi in his in quib⁹ Concilium est supra papam et habet potestatem a deo.et quando hoc fit notat in ca.Anastasius.xx.dist. in.c. si papa.xl.dist.

Tertia ⁊ Prohibitio ne quis accedat ad locū.in quo alius est reclusus.nō p hibet quin cuz tali loqui posset Pro batur hic in tex.in vers.nulli.vbi hec vt diuersa ponunt.et facit q si statu to Epi sint excōicati intrātes mona steriū monialiū. nō sunt tū excōicati loquentes cū eis si non ingrediant.

Quarta ⁊ Prohibit⁹ lo qui cum alio non potest visitare ipsum per nunci um.nec etiam scripto. Probat in eo. vers.nulli.et facit q excōicans excōi cato per nunciū aut scripturaz sit ex cōicatus minori.acsi participassz ei dem in locutione. Ita tenuit Hugl.ī .c.qm multos.xi.q.iij.et sequit Joh. an.in.c.pstitutioni.de sentē.ex.ī.quia hec sunt paria vt hic probatur

Quinta ⁊ Loquens Car dinali in cōcla ui aut nunciū vt litteras mittens qn tuncunqz occulte.excōicatus est ipso facto a canone. Probat hic in eodez vsi.nulli. Alij cas⁹ late sntie habent p glo.in.c.eos.ī.de sent.exc.z in cle.i.de sen. exc.Et probat hic tex.q pstō eccle sie militantis ligat omnino occultuz pena in ea contenta.cōtra.c.a nobis ij.de sen.ex.c.erubescant. et ibi notat xxxij.dist.Sed dic q nominatim nō iudicat de occultis vt probant contra ria.ita tenet glo.notabilis quā sequi tur et tenet Panor.in cle.i.de hereti. super verbo eo ipso incurrant in cle.

Ultima ⁊ Officiū came rarij pape nō expirat summi pōtificis morte. Pro batur hic in vsi.prouisione.de quo ī tex.in cle.ne romani.in.§. eo tū.eo.ti. et ibi glo.in verbo camerarius.ostē dit quid sit officiū Camerarij pape.

Porro si mo rit papa ex ciuitatem in q residebat cū sua curia.tūc debent Cardinales puenire in cītate illius territorij.in q papa est mortu⁹ nisi talis cītas sit in terdicta.aut pstat ꝑ Rōnam eccām in rebellione apta.q casu in vicinioꝛi puenīāt siliter nō rebelli.nec inꝺicto supposita.et in illa ciuitate in domo epali.aut alia cardinalib⁹ deputāda q ad expectationē absentiū habitati onē et alia obseruēt ea q superi⁹ sunt expssa Preterea q parū est pdere iu ra.nisi sit q ea executioni demādet iō papa dat auctoritatē laicis officiali b⁹ et alijs dnis illi⁹ cītatis in q cele brāda ē electio Rōni pontificis vt p dicta firmit̄ p Cardinales faciāt ob seruari.z sup his obseruādis pstēt co rā clero z pplo spēalit̄ ad hoc puocā do.q̄cito audierīt ō obitu pape coꝛ palit̄ iuramētū Etsi hāc pstoz nō ob

seruauerint aut dolum commiserint circa eam. cuiuscunq; sint status aut conditionis. ipso facto incurrunt sententiam excōicationis. sunt infames. nec vnq; ad officium publicū admittant aut dignitates. omnibus q; feudis et bonis que tenent a quibuscunq; ecclesijs. sunt priuati. Et de eis potest libere per plātos dispōni. Quinimo et ciuitas talis ipso facto est iné dicta et pōtificali dignitate priuata Ceteruz obtestat papa Cardinales vt omni affectione inordinata deposita. non intendant p̄modis priuatis suis. aut suoz. sed puris mentibus et nuda conscientia celeriter cum omni conatu et solicitudine querāt aliquē idoneū ecclesie sponsum. successorem Petri et vicariū Jesu christi. contra facientes subijcit vltioni diuine. Vult etiam q; nulla in contrariū fiant pacta. conuentiones. aut iuramenta. Et si prestita fuerint. ea cassat nec obseruari vult. cum deo magis trāsgressio talis iuramenti q̄ obseruatō sit accepta. Quia vo fideles non debent tātum confidere de suis ingenijs. q̄ntū de oratiōibus deuotis. vult papa q; in omnibus Ciuitatibus. et locis insignibus. q̄cito constiterit ō morte Romani pontificis. celebrent exeq̄e. a populo et clericis. Et singulis diebus apud deum insistant orationib⁹ deuotis. donec ipe q̄ concordiā facit in sublimibus. corda Cardinaliū in eligendo dirigat. vt habeat ecclesie p uisio cōcors. et aiabus fideliū vtilis. Precipit etiam papa oībus prelatis ecclesiarū. 7 quibus incumbit propo nere verbum dei. vt frequenter clerū et populū conuocent. et ad precū suffragia pro celeri et felici exitu huius negocij hortent. et ipsis nedū orationum frequentiā. sed et ieiunioz si eis videbit obseruantiaz indicant. Hoc dicit vsq; in finem.

Prima ¶ Papa mortuo extra suam curiam seu locum audientie causarum. celebrari debet futuri pontificis electio in ciuitate in cuius districtu seu territorio est defunctus. nisi sit interdicta aut Romane ecclesie rebellis. Prima pars probat hic in prin. huius ℣ et declarat in cle. ne Romani ℣ sane. e. ti. vbi habetur q̄d sit territorium. et quid districtus. Secda pars p batur hic in eo. vsi. iuncta gl. verbi interdicta. Et sic videt q; in loco interdicto non possit celebrari electō. qō vez ē in casu h⁹ tex. videlz ī rōne pōtifice. alias pt fieri electio in loco iné dicto fm Jo. an. in. c. i. s. de postulat. prela. pro quo facit quia in tali loco possunt celebrari diuina officia. clausis tamen ianuis et voce sūmissa. vt ī. c. alma ℣ adijcimus ℣. de sen. exc. ergo fortius electio. et sequit Jo. de fautu et Pe. de an. in cle. ne Romani ℣. e. tit.

ii con Debēt Cardinales idoneum fm possibilitatē humane fragilitatis ad papatum eligere. et electo tanq; idoneo a duab⁹ partibus Cardinalium non potest. tertia pars aliquam exceptionem ob ijcere. Prima pars probat hic in tex in ℣ ceterum. Talis enim eligi debet fm Arch. cui nihil sapientie. nihil scientie ac industrie desit. qui vitaz moribus decoratus tanto ordine dign⁹ valeat inueniri. vt probatur. viij. q. ij c. i. xi. dist. si ipsa. et. xxix. dist. c. i. et. c. si quis pecuniam. Secunda pars probat in. c. lz. s. e. ti. Nā papa onerat in eo q; oz ad min⁹ duas ptes cardinaliū ꝓsentire in eum vt ibi. et fit recompensatō ī eo q; nihil pt obijci postea contra eum etiaz exceptio hereſis ꝛz

Arch.licet bene possz accusari de hereſi vt in.c.ſi papa.xl.dist. Et hoc iō statutum est ne tempore vacationis fiat scisma. Quid autē ſi Cardinales laicum vxoratum eligant in papam an sit idoneus.glo.remittit ad.c.ſiqs et ibi de hoc per glo.lxxix.dist.

Ex fine tex.talis elicitur conclusio. Prelati eccleſiarum possunt subditis indicere ieiunia ſi occurrat aliqua legitima causa Probaſ hī ſi.tex.7 gl.allegat pcorō.

Circa prouisiones.eccleſiarum electiones.ac postulationes fiat facilior prouisio.statuit hoc edicto perpetuo.vt ſi aliquid contra eas proponatur.siue illud in formam electionis.aut personas eligentium.siue electi fuerit obiectum.et propterea fuit appellandum debet appellans omnia et singula in instrumento publico.vl litteris auctenticis sup appellone cōfectis.aut alijs litteris coram pſonis auctenticis aut testimoniuz perhibere valentiꝫ exprimere.que in formā aut personas intendit obijcere. post hoc prestabit iuramentū corporale. q credit ea que exprimit vera esse et ea se probare posse. Etſi dicto modo singula nō exprimat.interdicta ē appellāti et appellationi interpoſite adherentiꝫ facultas obijciendi aliqua que non fuerūt expreſſa.niſi in tribꝫ casibus. Primus ſi emerſiſſent aliqua de nouo postea. Secōs ſi sup antiqs superuenit facultas probandi. Tertius ſi antiqua aliqua de nouo in noticiam appellantis perueniant. Et in vltimis duobus casibus fidez faciet per iuramentum de probationis supueniētia et de ignorantia. et hoc sp in iuramēto addiſ. q credūt ſe ea poſſe probare. Pene statute.pter nō plene.pbantes obiecta in personam.aut formā.in.c.i.supra eo.ti.7 li.perſiſtūt in suo roboze. hoc dicit

Prima Tradit hec de cre.formā appellandi extra iudiciū in causis electionū.postulationū ac prouiſionum. q runcūqz beneficioꝝ eccleſiaſticoꝝ ſiue ad papam ſiue alium inferiorē fuerit appellatum. Prima pars probaſ in.c.constitutio.j.e.7 hic in glo.verbi appellari in fi.iuncta gl.verbi quorūcunqz in prin. Scōa pars probatur in glo.verbi appellari.nam tex.hic generaliter loquitur de qualibet appellatione ad quencunqz superiorem interpoſita.

Qualiter autem ad curiam huiuſmodi appellatio ad papam interpoſita debeat deuolui docetur in.c.i. supra eo.tit.et li.

Scōa Debz itaqz appellās in beneficialibꝫ propter obiectionem in formam vel personam factam.omnia 7 singula in instrumento publico vel litteris corā personis auctēticis aut qui testimonium desup reddāt exprimē. q in formā aut pſonā intēdit obijcē. Probaſ hec fōr hī in tex. et fuit hec ſtricta forma tradita in electionibꝫ quiſitionibꝫ eccleſiarꝫ vt precludaſ via malicie. 7 euitenē vacatōnes diutine vt hī pn Et obiecta ꝑ pſonā debēt cū debita ſpecificatione exprmi vt in cle.pſtitutionē.ij.rūſo.e.ti.et hic in gl. vbi oīa 7 singula.et qō dī de inſtro publice intellige ō inſtro qō requiriē a notario sup appellone. appello enī inpōni pōt.et ſolet in ſcriptura priuata pmanū appellantis aut aduocati pſcripta. Et eodez mō intellige id qō dī de litteris. q erunt littere auctentice

sigillo auctentico sigillate testimoniales. que fidem faciunt coram iudice appellatōnis de his que requirit illa constitutio ffin Arch̄. Jo. mo. et Jo. an. Et que sunt littere auctentice ptz in. c. i. et. ij. s. de fi. instr. Vel potest etiam id intelligi de litteris priuatis. in quibus hab̄ appellatio. que littere quia de se nullam faciunt fidem. ideo subijcitur ī tex. q̄ hec expressio fiet coram personis auctēticis que testimonium possunt phibere veritatis. Si enim littere essent auctentice non eēt necessariū testimoniū persone auctentice. Potest igitur scriptura in qua fit expressio obiectorū esse priuata cum scriptura que hic probatur coraz iudice appellationis erit auctentica. fac̄ hic glo. verbi litteris

Tertia ⁊ Jurabit etiaz coram persona auctentica aut testibus q̄ credit expressa in appellatione sua esse vera. et posse probare ea. Probatur hic in tex. et debz requirere auctenticū instrumentum a persona publica. ita intelligit̄ hec materia. non aūt sufficeret iurare prout habetur in. c. is qui contra. j. e. ti. vt ibi patet. Et vide hic glo. notabilem ad quam solet fieri remissio in verbo corporali. que vult q̄ in iuramento corporali prestando requirit̄ tactura. puta sacrorū euangeliorum. nec sufficit sola presentia. de quo etiā vide glo. in cle. i. ff. porro. super verbo tacta. de heret. Et tenet etiam glo. in Epīs q̄ si iurent in casu huius decre. tenenē tangere sacra per hunc tex. generaliter loquentem. Priuilegiū eniz Epōz q̄ nō tenenē tangere sacra qñ iurant speciale est. in iuramento calūnie et iuramento testis. vt in auc̄. Iz iudex. C. de epis. et cle. c. fi. s. de iuram. cal. ⁊ specialiter in suis terminis ē seruandum. ita tenet Sarsias. et sequit̄ Jo. an. et Panor. in cle. pstōnem. e. ti. et est opinio vera. licet Guil. tenet cōtra. Item id iuramentum per procuratorem potest prestari. c. procurator. j. eo. de quo ibidem.

Quarta ⁊ Si appellans in exprimendis oībus et singulis obijciendis que dicta sunt non obseruat super nō expressis non auditur. Si aut̄ super expressis vel nullo modo. aut non debito mō iuret. tunc etiam super non expressis non audietur. ⁊ idem in adherentib⁹ eidem dicetur. Prima pars probat̄ hic in versi. alioquin. iuncta glo. in v̄bo alioquin. ⁊ in cle. constitutionē. e. ti. in. ff. insuper. in glo. i. Secūda ps probatur in. c. is qui contra. j. e. ti. deuoluit tamen huiusmodi appellatō bene causam. si sit legitima ad superiorem qui potest procedere ad petitionem alterius partis ad confirmationē electionis. si sibi videbit̄ in absentia appellantis post tempora tamen. iuxta. c. i. s. e. tit. et facit. c. si forte. j. eo. ti. De adherentibus autem ⁊ infra quantū tempus debet fieri adhesio. vide hic glo. in verbo adherentes.

Ultima cō In trib⁹ casibus in tex expressis audit̄ appellās in beneficialib⁹. Iz hanc pstōnem in appellone nō obseruauerit. Probat̄ hic in glo. v̄bi nisi aliqd. Et glo. exemplificat an indiffinita locutio eqpollet vti. tractat h̄ gl. in v̄bo alioq̄. ad quā remitti solet. et latius h̄ per Bom̄. et p Dy. j. de reg. iu. sup rubrica per Arch̄. i. c. siqs suadente. xvij. q. iiij. Item quibus modis cognoscit̄ lex generalis ostēdit h̄ glo. in verbo ppetuo. ad quaz similit̄ solet fieri remissio. et habenē in. l. iij. C. de legi.

Varicie cecitas et damnande ambitiōis im probitas aliquoꝝ aīas occupant et eas in illam temeritatem impellūt et ea que sibi a iure sciunt interdicta exquisitis fraudib⁹ conā tur occupare. et ita quidā electi anteq̄ electio eorū sit confirmata. volunt bona ecc̄ie administrare. et licz de iure id nō pūt. vt p̄curatores tū vel iconomos sibi p̄curant administrationem p̄mitti. Sed q̄ malicis hominū non est indulgendū. sed potius obuiandū p̄hibet hec constitutio ne electus ante confirmatiōnem per se vel p̄ alium. sub quocū q̄ colore p̄sumat aliquo mō administrare in toto vel in parte. etsi aliquis secus fecerit eo ipso est p̄uatus omni iure per electionem sibi q̄sito. Hoc dicit

Prima con. Electus ad p̄laturā. ante electionis sue confirmationem nequit regulariter p̄ se vel per alium suo nomine aut alio q̄sito colore in spiritualibus aut tp̄alibus administrare. Probatur hec conclusio hic in textu. et c. nosti. c. trāsmissam. c. q̄liter s. e. ti. Et rō huius ponit hic in. g. verbi indulgendum. quia si ante cōfirmationē administrare posset. nichil de confirmatione curaret Item si contingeret electionē cassari non posset de facili remoueri. Et dixi regulariter. quia in casibus potest electus statim administrare. que nōnt hic in. g. verbi ecc̄iarum. et sunt q̄tuor casus vt in glō.

Secūda cō. Post confirmationē p̄t administrare electus. licet nonduz sit installat⁹ seu inuestitus. Probatur hic a contrario huius textus. et in. c. nosti. et c. transmissā. s. e. et ibi de hoc p̄ Jo. an. et per arch. in. c. eū qui. j. de p̄bē. Hoc eñ verum est nisi consuetudo habeat contrarium Ita loquitur. c. constitut⁹ fin Domi. de appella. 7. c. vt nr̄m. de offi. archidia. Hodie tñ confirmat⁹ non debz recipi ad administrationē nisi litteras sue p̄motionis ostendat. vt in extraua. boni facij. q̄ incipit Iniuncto nobis

Vltima con. Si de consuetudine spēali aut p̄uilegio ad aliquē spectat bonoruz ecc̄ie vacātis administratio. si tal' electus administrat ante confirmationē electiōis sue. cessat in eo hec constitutio. Hanc cōclusionē tenet Jo. an. in nouella Et rō est quia hoc casu cessat fraus. quā hic tex. intendit excludere. Igitur ex p̄ncipio textus solet notari q̄ auaricie attribuitur cecitas. Rōnē ponit. g. ij. et latius h Joh. mō. Allegat etiā ex hoc textu q̄ malicijs hōinū nō ē idulgēdū sz magl. occurrēdū 7. g. alt. p̄cordātias

Nam sit ecclesijs q dispendiosa earū vacatio. et q̄ sit animabus periculosa. nō solū attestant iura. sz expiētia q̄ est efficax rerū magistra manifestat. Ideo papa volēs vacationū diuturnitatib⁹ occurrere statuit papa q̄ celebrata electione in aliq̄ ecclesia. debēt electores q̄cito p̄mode poterūt electionē elco pūtare 7 ip̄i⁹ p̄sensum petere. electus aūt infra mēsem a tempore pūtationis illū debz adhibere. alias p̄natus est eo ipso omni iure sibi q̄sito ex electione. nisi excusaret eum conditio p̄sone

Secūda con. P⁹ mēsē et arbitrij tpis de q̄ in J.s. primo lapsum p xx. dies in curia expectat⁹. si psonaliter nō ꝑareat electo⁹. omni iure per electionē q̄sito est ipo iure ꝓuat⁹. vt hic in ꝓmo casu tex. et sic dat hic vltra dilationē arbitrariā alia dilatio determinata. qđ fit eq̄tate suadente. q̄ iudex post lapsū pemptorij nō debz nimis festinare. c. cū Bertol. de sen. et re iudi. l. si finita J. si forte. ff. de dāno. ifec. Ad quod ec hoc fit ꝓpter malicia rei ꝓuincēdā. vt i. c. put. de do. et ꝓtu. Et est ꝓcō vera etiāsi electo⁹ p vnum die post dictos. xx. dies ꝑarēt in curia. q̄ ꝓuat⁹ est omni iure suo. exq̄ em̄ statim elapso tpe cōmissa est pena ipo iure. non pt purgari post tēp⁹. vt hic in. g. verbi expectati. Vñ patz q̄ vbicūq; pena ē imposita a iure. seu executio facta a lege. ibi non est locus purgationis more. Idē si facta ia sit ab hōine. l. q̄ ob rē. ff. de ꝑdic. indebiti. fm Jo. de fautu. Jtē ista dilatio. xx. dierū ē ꝓtinua et in ea currūt dies feriati z nō feriati. vt hic in. g. verbi ꝑparere quā nō. q̄ idē in alijs dilationibus de q̄ p Jnno. in. c. vltra tertiā. in fi. s. de testi. doc. in. l.j. C. de feri. Jtē si cōparet electo⁹ J. xx. dies et recedit ill licenciat⁹. adhuc locū habet pena. vt in. e. g. verbi ꝑparē in ꝓnci. Nūq; em̄ debz q̄s recedere a iudice sine iudicis licentia. alias cōtumax censet. ac si non venisset. Jdeo cauti ꝓcuratores faciūt scribi in actis q̄ de licentia iudicis recesserunt. de quo in c.j.s. de iudi.

Tertia con. Tenet aūt electo⁹ ꝑparere etiāsi eligentes aut opponentes nō curauerūt ad curiaz venire. ꝓut ꝓbat hic in tex. iūc. g. verbi opponentes. q̄ dat rōnez quia in casu electiōis pt ꝓcedi nō obstāte absentia aduersarioꝝ. vt in. c.j.s. e. ti. Ex quo patz q̄ vbicūq; pt ꝓcedi ad aliquē actū in absentia aduersarij. tenet ps citata ꝑparere etiā aduersario non ꝑparente. qđ nōndū. et concor. Jo. mona. et archi.

Quarta con. Non cōparens i curia infra predictū tēp⁹. xx. dieruz excusatur a pena hui⁹. c. si infra illos dies allegauerit z infra dies xv. sibi p̄fixos ꝓbauerit in curia iustā cām impedimēti. Probat hic in versi. de q̄. Vñ ad tria tenet impedit⁹ psonalic ꝑparere in curia. Primo em̄ tenetur allegare impedimētuz in curia non em̄ sufficit quē ec impeditū. nisi alleget impedimētū. c. si iustus. de appella. c. q̄relā. s. e. et hoc casu p ꝓcuratorē sufficiētem id facē debz. et non p simplicē nūciū. fm archidi. et Joh. an. sup. g. verbi ꝓposito. Scdo tenet ꝓbare impedimētū iusto tpe. q̄ infra. xv. dies p iudicē assignādos p⁹ q̄ admissa ē cā allegata ad ꝓbandū. Vñ patz q̄ exceptio nō est ꝓbāda añq; sit admissa p iudicē tanq; legitima. p tex. hic dū dicit. si admittēda videbit. qđ verū nisi iudex admisisset eā cū ꝓtestatione si de iure debeat admitti. iurta practicā. c. cū cōtingat. s. de offi. dele. et ita q̄tidie iudices admittūt positiones et articulos ad rīndendū et ꝓbandū saluo

iure imptinētium Itē patz q̄ hi xv. dies debent p̄cedi cū ministerio iudicis. aliud est in exceptiōe excōicatiōis p̄posita. q̄ infra. viij. dies a tpe admissiōis p̄bari debz. vt in. c. pia. ō excep. j. p. qō videret q̄ hi xv. dies possent p iudicē abbreuiari. exq̄ cuz ministerio iudicis dant. ar. nōtorū p. g. et doc. in. c. cuz sit romana. s. de appel. et in regula indultū. j. de regu. iur. cui⁹ tñ ptrariū tenet hic. g. i verbo viginti. cū q̄ sic simplicit trāseūt Jo. mō. et archi. de q̄ hic pleni⁹ Dominic⁹. Et aduerte q̄ istud impedimentū plene est p̄bandū. qō est hic spēale. exq̄ hic de magno p̄iudicio agitur. alias sufficeret semiplena probatio aut iuramentū. c. q̄relaz de p̄cura. et sentit h̄ Pe. de anco. Tertiū ad qō teneť hic elect⁹ impedit⁹ ē. q̄ certo loco ío est apud sedē aplicam teneť p̄bare impedimentū suū. Tñ nō sufficit in partib⁹ docē de impedimento hmōi. vt hic in. g. verbi apud sedē. Et aduertendū q̄ si elect⁹ nō p̄t p̄stituē p̄curatorē ad excusationē p̄onēdā. scz q̄ teneť in carceri b⁹. etiā excusať a pena. Idē si p̄curator p̄stitut⁹ impedit⁹ fuit iuste ne veniret. fm. g. hic in verbo impedimēto. vñ fm Domi. post Pau. iuste impedito ipo iure non currit tēp⁹. vbi lex statuēs vtiť his verbis. legitimo impedimēto cessāte. vt hic in. g. alť. sec⁹ si lex talia verba nō habēt. tūc em̄ currit tēp⁹ etiā iuste impedito. sz essz restituēd⁹. qō nōndū p his que nōnť in. c. ex rōne. de appel.

Quinta con. Legitie impedi / tus aut p̄ter legitimū impedimētū a p̄sonali p̄paritōe excusat⁹. tenetur ad cām p̄stituere et mittē p̄curatorē sufficiēt instructū. et nihilomin⁹ in casu hui⁹. c. debz elect⁹ impedimēto cessāte p̄sonaliť comparere. alias amittit om̄e ius sibi p electionē q̄si tū. Probať hic in tex. in fi. 7 ad quē ptineat tūc p̄uisio. tenet hic. g. i verbo p̄uat⁹ Q̄ nō ad papā qui ē supior. exq̄ non p negligētiā eligentium aut delictū eor. sz p negligētiam electi cassať electio. et cōcor. Joh. mō. et videť vera opinio. licz archi. teneat ōriū. vt refert. ita obseruat curia.

Ultima con. Elect⁹ p / sonaliť aut p procuratorē eo legitime īpedito p̄parens in curia sine actis et munimētis tali punit⁹ pena. q̄ extra curiā nō dabiť sibi dilatio p p̄ducendis suis iurib⁹. Probať h̄ in verbo electos. p qō videtur q̄ qñ ius repellit aliquē a ptāte p̄bandi aut quē exhiberi iura sua p̄hibet nisi coram certo iudice. q̄ tūc illud ius dicitur penale. qō nōndum

Ad hec vt plena informatio possit fieri sup negotio electiōis. debent eligētes qñ electio ē facta ī p̄cordia mittere duas p̄sonas ex ipis electorib⁹ ad sedem apo. sufficiēt instructas infra tempus. qō supra electis statutum fuit. Et has mittēt expēsis ipi⁹ dignitatis de cui⁹ electiōe agiť si hūerit bona discreta. alioq̄n de bonis cōib⁹ aut aliūde p capīm p̄uisis. Qñ aūt in discordia facta est electio. tunc si due electiōes facte fuerint. mittāt p q̄libz parte electi due p̄sone expēsis elector. vť si ē fca vna tñ electio cui aliq̄ se opponūt. tūc mittanť due p̄sone expensis electi. etsi elect⁹ dcas expēsas facere noluerit nisi impotē

tia eū excuſet omni iure p electionē ſibi q̄ſito ꝓueꝝ. Ex pte opponētiū ſi/mili ē ad min⁹ due pſōe ex ipis mit tanꝝ ipoꝝ opponētiū expēſis plene inſtructe cū actis et munimētis ad curiam. niſi vnic⁹ tm̄ eſſz opponens. His ſic pactis negotiū plene apud ſedē ap̄licam p̄t inſtrui. aut ſi eqtas ſua ſerit ad partes poterit remitti. Hoc dicit

Et ſic poſtq̄ in .ſ. primo dixit ad q̄d teneanꝝ electi hic oñdit ad q̄d te/neantur eligētes ſm. g. ꝓ.

Prima con. Quēad/modum electi ad curiā venire teneanꝝ. itaꝛ ali q̄ de eligentib⁹ ad min⁹ videlz duo cū actis et munimētis cauſe. etiamſi electio celebꝛata ſit ꝓcoꝛdiē. Ꝓboba tur hic in textu. vſq; ad verſ. ſi vero. Et r̄ō huiꝰ patet in ꝓn. vt videlz de omnib⁹ negotiū electiōis ꝓtingēti/b⁹ plena inſtructio poſſit haberi. de illis eī plene infoꝛmari ōbz ſupioꝛ. vt hic in. c. nihil ē .ſ. ceterū. s̄. e. Et tā gūtur in ꝓcluſiōe iſta ſeptē obſuan da p inſtructoꝛes miſſos. q̄ nōnda ſūt in ꝓactica. Ꝓrimo q̄t debēt eſſe q̄ ad min⁹ duo. et debēt eē tales q̄ interfuerūt electiōi. alias nō ſufficēt miſſio. etiāſi eſſēt alias canonici de capl̄o. ſm. g. in verbo plenā hic. etſi ambo aut vn⁹ moꝛereꝝ añ inſtructi onē cauſe alij deberēt mitti infra tē pus ad mittēdū taxatū. alias puni renꝝ ac ſi non miſiſſent. ſm. g. hic in verbo pſōe. nil em̄ videꝝ actū q̄diu reſtat aliq̄d agēdū. l. penul. C. ō his q̄b⁹ vt indig. Scōa q̄litas obſeruā da vt ſint ſufficienē inſtructi. Tertio veniāt cū actis et iurib⁹. mittunꝝ eī vt inſtruāt cām etiā in ꝓtingētib⁹. et ergo vſq; ad finē ſtare debent in cu ria. ſm Gar. Jo. mō. et archi. Quar to p q̄s mittēdi ſint. q̄ p capl̄m iſtō em̄ onus hic capl̄o iniūgiē. et ergo ſi capl̄m nō mittat. electⁱ eos ſecum ducē nō teneꝝ. ſm doctō. ſtatim allt. Quinto ꝓſideradū ad q̄d mittātur. q̄ ad inſtruēdū ſupioꝛē de negotio electiōis. Sexto q̄n̄ ſint mittēdi. q̄ infra tēpⁱ infra q̄d electi venire te/neneꝝ. videlz infra menſē tempⁱ arbi trariū. et .xx. dies a tpe cōſenſⁱ p̄ſtiti p electū nūerandos. vt habeꝝ. s̄. ī p/ma et ſcōa partib⁹ huiꝰ. c. et hic iūc. g. verbi idē tempⁱ. Electoꝛes em̄ ſē vt acceſſoꝛiū. electⁱ vt ꝓncipale. idō regulanꝝ electoꝛes ſm regulaz ꝓnci palis. et regulā acceſſoꝛiū .ſ. eo. li. de re. iur̄. ſm Jo. de ſco geoꝛ. Septio ꝓſideradū cuiꝰ expēſis. q̄ mittūtur expenſis electi ſeu p̄lature ſi habeat bona diſcreta et ſeparata. vel ſi nō habeat. de cōib⁹. aut de aliūde ꝓui ſis. ſi de cōib⁹ haberi nō poſſint. pu ta de receptis ꝓ mutuo ſm. g. ſingu larē hic in verbo aliūde. Ex q̄ patz ꝓmo q̄ capl̄m ecēie etiā inferioꝛis a cathedrali puta regularis habet cuſtodiā bonoꝝ ſpectantiuz ad p̄la tū tm̄ et diſcretoꝛum. et illa admini ſtrat ſede vacāte. et de ipis facit ex/penſas in negotio electionis. vt hic ꝓbaꝝ. Et de hoc notaꝝ in. c. vt p̄te/rite. s̄. e. Scō patz. q̄ vacāte ecēia p negotio electiōis p̄t ecēia mutuū ꝓtrahē. et ſm Lapū etiā ſine ſupio ris auctoꝛitate. et tenebiꝝ ecēia et fu turꝰ p̄latⁱ cū iſtud negotiuz dilatio nē nō capiat. faciūt nō. xij. q. ij. c. pla cuit. q̄d vex ſm Pau. q̄n̄ copia ſupi oꝛis ō facili hēri nō p̄t magna im minet nēcitas. alⁱs ſecⁱ. ꝛ ſeq̄ Bomi.

Secūda con. Inſtruc toꝛes

electi a maiori parte capti ad instruendū electiōis negotiū in curia venire ad curiā teneñ. alias tanq̄ culpabiles puniañ. Probañ hic in.g. verbi transmittātur. qō eñ fit a maiori pte. teneñ ps minor seq̄. nisi aliquid rōnabile oñdat. fm.g. cū qua pcor. Jo. mō. et Archi. nec valet excusatio eor si dicē velint q̄ sūt alij in eadē ecclia ad hoc digniores. vt nō. xi. q. iij. qō ergo. et hec sūt notā da circa illos q̄ deputañ a suis collegijs ad eūdū aut officiū exercendū

Qñ electio dicañ facta ī pcordia vi. hic. g. nōbilē in verbo pcordez q̄ dicit q̄ illa q̄ facta ē p̄sentiētib⁹ omnib⁹ et nemine discrepāte. facit. g. in cle. ne romani. ℣. eo tñ. sup verbo cō cordiē. e. ti. Alia aūt iura q̄ dicūt cō cordē electionē q̄ fit a maiori parte capti. loquūtur de impropria significatiōe. Est hic etiaz vna glō. in verbo discreta ad quā q̄tidie decurrit qñ pferēde sūt expēse ab his qui sūt de vniuersitate aliq̄. an eq̄liē omnes teneātur pferre. et. g. distinguit. quia aūt negotiū seu cā tangit totā illā vniuersitatē generaliē. tūc fit cōtributio fm facultates. vt q̄ pl⁹ habet plus pfert. Si aūt p aliq̄ dignitate in vniuersitate aut pte vniuersitatis sūt faciēde expense si quidē habet discreta bona de illis fiet. vt h̄ in glosa.

Tertia con- Quab⁹ electionib⁹ in discordia celebratis de q̄libet parte electi debent due psone mitti. vnica āt electione celebrata ī discordia q̄ aliq̄ se opponūt mittuñ duepsōe ex parte electi et p̄siliter ex parte oppōnētiū due psone nisi vn⁹ solus esset opponēs debent mitti. Probatur h̄ in vers. si vero in discordia. et mittūtur iste psone p̄ parte electorū vt instruant negotiū in curia in facti veritate. qō facere pñt. etiāsi se aduersarios in cā p̄stituāt fm. g. hic ī verbo due psone. Jtē qñ vnicus est electus cui aliq̄ se opponūt opponētes mittant duos. et ex electi parte duos. vt hic et in vers. et qñ vnic⁹. per qō videt q̄ qñ plures sūt electi⁊ alii qui oppositores. nō teneñ opponētes mittē. qō tenet hic. g. verbi vnicus. quā tenet Bar. et omnes. tunc eñ p̄sumit q̄ vn⁹ ptra aliū oppouat q̄ sūt opponēda. ergo nō teneñ opponētes venire aut etiā eligentes. secus si vnus essz electus.

Quarta con- Hoc casu electi vel elect⁹ teneñ ministrare expensas suis instructorib⁹. q̄s si recusauerit. p̄uari debz iure p electionē q̄sito. nisi eū excuset pauptas. opponētes āt venire debēt ad curiā suis p̄pijs expensis. Probatur hic in tex. Et teneñ elect⁹ seu electi solū ad expensas nēarias sine quib⁹ res expediri nō posset. nō aūt ad vtiles sine q̄b⁹ res ita bñ expediri non p̄t. fm. g. hic in verbo nēarijs. q̄ ostēdit q̄ expēse dicañ nēarie. q̄ vtiles. et pcor. Archi. Bar. et Jo. mō. Et de materia in. c. vt pterite. ℣. e. Nec teneñ istas expēsas offerre instructorib⁹ ℞ sufficit q̄ sit eas parat⁹ soluere. fm. g. h̄ in verbo ptēpserint. q̄ fm Pe. de anco. est nōbilis. vult eñ q̄ sufficit quē ēē paratū soluē. nec teneñ offerre. sitis g. est in cle. q̄ ptingit. de reli. domi. quā vide

Ultima con- Cōparentib⁹ legitīe ī curia p̄dēis p̄sōis. p̄t papa

in curia' ꝓcedere aut inspectis circũstãtijs cause negotiũ ad partes remittẽ. Probaꝛ hic in fi. huiꝰ. ℣. iũc. g. in verbo circũstãtijs. et. g. sequẽ. q̃ sẽtit. ꝙ si ꝓbatio ꝑ testes ẽ nc̃aria ꝑt fieri ista remissio. Ex q̃. g. nõ. q̃ tenetur ꝓparere in curia cũ oĩbꝰ actis et munimẽtis cause. nõ teneꝛ secum ducẽ testes. si aliq̃ ꝑ testes sint ꝓbãda. qõ verũ nisi essent examinati. ꝙ tũc dicta eoꝝ essẽt ꝓducẽda. c. cozã de in inte. resti. qõ nõndũ. Et ꝓbat g. ꝙ si ꝓtra sigilla aut signa ĩstrumẽtozũ opponaꝛ. ꝙ sint incognita aut ꝓuata ꝙ dabit dilatio ad ꝓbandũ extra curiã. ꝙ ista sũt ꝓbanda ꝑ testes. et ita tenẽt dñi de rota

Ceterum eligẽ

tes debent electiões postq̃ facte sũt pũtare electis infra octo dies. postq̃ ꝓmode id facẽ potuerint. alias a ꝓsecutiõe totiꝰ negotij debẽt culpabiles excludi. et a ꝓuẽtibꝰ bñficioꝝ q̃ in illa ecc̃ia de cuiꝰ electiõe agitur bñt. sunt ipo iure ꝑ ꝓtinuũ triẽniuz suspensi. ad q̃ si interiz se ingesserint ipis sũt ꝓpetuo ipo iure ꝓuati. Silr pena puniẽdi sũt si personas instructas put supꝛa in ꝓmo. ℣. dictũ est mittẽ negligãt. etiãsi opponẽtes aut electi mittere aut venire negligant. aut expẽsas ministrare recusẽt. nisi ipi capti aut ꝓtradicẽtiũ paucitas aut alia iusta cã et euidẽs eos excuset. q̃ casu teneñ mittẽ ꝓcuratoꝛem sufficiẽñ instructũ et ea cessante nihilomiñ dictas psonas mittẽ debẽt Similẽ eẽ penã patiñ opponẽs non ꝓparẽs aut si plures sint nisi duos ad miñ mittãt. Electo tñ in his casib nullũ ꝓiudiciũ generaꝛ. q̃n ius suũ possit ꝓsequi licz eligẽtes aut opponẽtes a ꝓsecutiõe negotij sint exclusi. Hoc dicit vsq; ad ℣. deniq;.

Prima con

Tenẽtur electoꝛes q̃cito ꝓmode poterunt. ꝛ infra tps octo dierũ pũtare electionẽ electo. ꝛ ipi req̃rẽ consensũ. Probaꝛ h iũc. c. q̃ sit. s. e. Tñ hic addũtur octo dies ad tẽpꝰ arbitrariũ. de quo ibi fit mẽtio. Et sicut illa ꝓstitutio ꝑ istaz moderata ioq̃tur generaliter de q̃libet electione. ita et iste ℣. Et sic non iolũ locũ habz in ecc̃ijs cathedralibus et regularibꝰ. ſz etiã in alijs ſm g. hic in verbo electiões. de q̃ dixi ĩ illo. c. q̃ sit. Burũ eñ videt Jo. an. q̃ pena huiꝰ ℣. ad q̃mlibz electionez extẽdaꝛ. Sentit ergo ꝙ illa soluz locũ habz in cathedralibꝰ et regularibus. de quibꝰ ꝓncipiũ huiꝰ. c. loquitur. et hic ℣. ꝑ relatiuũ ipas. in textu positũ. facit rõ. c. statutũ j. e. quia pene sũt restringẽde. vt ibi. Jtẽ si ꝓpetenti tpe exiuerũt electoꝛes ad pzesentãdã electionẽ. et ꝑ casũ supueniẽtem fuerint impediti venire tempore debito. excusantur ſm glõ. hic in verbo octo dies. quaz nõ. quia seruit ad plura. nec sufficeret ꝙ fieret pzesentatio generali ꝓcuratoꝛi ipiꝰ electi. ar. c. fi. j. de procura. ſm. g. hic in verbo electꝰ. cuz qua concoꝛ. Jo. mona. ꝛ archi.

Secunda con

Elẽctoꝛes debito tempoze electo pzesẽtare electi onem negligentes a prosecutione processus sunt exclusi. et ab omnibꝰ beneficijs illius ecclesie. de cuiꝰ agit electione. sunt per triẽnium continuum suspensi. Probatur hic in textu Et hanc penam solum culpabiles incurrunt. Nam q̃ vniuersitas de-

linquit nō omes de ea puniri debēt ꝫ solū culpabiles. qđ verū in pena suspensiōis. vt hic. aut etiā excōicationis. vt in. c. romana. §. fi. j. de sentē. excōi. Aliud in pena inēdicti. vt i. c. si sūia. j. de sentē. excō. Et aduerte q̄ qñ vniuersitas teneť aliq̄d facē īfra certū temp⁹. si illud nō fiat. omnes censenť culpabiles. nisi aliq̄ oñdant se inculpabiles. qđ valet ad multa. et ad nō. in. §. fi. in dicto. c. romana. ꝛ ꝓbať hic in glō. verbi culpabiles. Quid aūt si ꝓcess⁹ hmōi fuerit obseruat⁹ cū hmōi repulsis? Solutio. non valet ꝓcess⁹ q̄ ad eorū vtilitatē ꝫ bñ ad informationez iudicis. exq̄ ꝑt hoc casu iudex ex officio ꝓcedē vt sentit hic. g. in verbo excluſ⁹. qđ nō ꝑ statutis q̄ repellūt aliq̄s a testate agēdi ipo iure. q̄ tñ valet ꝓcess⁹ habit⁹ cū eis quo ad informationē iudicis. si sit cas⁹ in q̄ iudex ex officio ꝓcedit. Sz qđ fiet de fructibus istorū bñficiorum illo triēnio? Solutio. dicit Innocē. in. c. sicut. de cohabi. cleri. et multi. q̄ ad vsū ecclie applicanť. alle. c. cū ad hoc. s. de cle. non resi. Tenenť em̄ isti officiare ecclesiā interim. vt pus. q̄ nō sunt ab officio suspensi. vt hic in. g. verbi beneficijs. et ideo habebūt vite sustentationē. vt nō. in. c. cū vinconien. s. e. et residuū ꝓuerteť in vtilitatem ecclesie. facit. c. fi. j. de verbo. signi. fm Jo. mō. et Gar. interim eē eligē possent. ꝫ nō possēt eligi in illa eccia. secus si essent suspensi ab officio. q̄ tales nec eligē pñt. nec eligi. fm. g. alť. de q̄ in. c. cū dilect⁹. de ꝓsue. nec pōt epus absoluē ab ista pena suspēsionis. exq̄ est ad certū tēp⁹ lata a iure fm. g. hic in verbo suspēsos et doc.

Sec⁹ si non ē adiectū certū tēp⁹. tūc em̄ absoluēt sicut in sūia excōicationis a iure lata. glō. est in cle. j. ō hereti. qđ verū nisi absolutio essz reseruata ꝑ supiorem. c. tā lr̄is. s. de testi.

Tertia con. Si elēi vel opponētes negligūt hanc ꝓstitutionē q̄ ad ꝓpartitionē aut expensarū dationez ad sedē apostolicā obseruare. tenentur nihilomin⁹ eligentes mittere nisi ex paucitate capti aut alia iusta causa se possent excusare. ꝓbať hic in versi. vel si plonas. Et licz elect⁹ hāc ꝓstitutionē nō seruās videatur omni iure ꝓuatus. iuxta. §. q̄ si p. xx. s. e. tñ ꝑt fuisse iuste impedit⁹. et sic cessat pena quare nēcaria est alia eligētium missio. vt hic in. g. verbi electi Et qūo paucitas excusat a missiōe. vīd. hic. g. verbi paucitas Et dic q̄ si solū vnum pñt mittere. id facē debēt. vt saltem ꝓ posse satisfaciant Itē qñ paucitas aut iusta cā subest tñ debent ꝓcuratorē mittere sufficienter instructū. et nihilomin⁹ cessante cā mittē plonas instructas. vt h. et nisi fecerint ꝓuandi sunt ꝓuentibus bñficiorum ꝑ triēniū in illa ecclesia. et sic non sūt ꝓriuati ipo iure fm. g. hic in verbo⁹ ꝓriuentur. et sequūtur Jo. mō. et Archidi. Et eodem mō dicendum in opponēte aut opponentibus mittere nō curātib⁹. vt hic in tex. versi. opponentes

Ultima con. Negligentia eligentiū aut opponentiuz in obseruationē hui⁹ constitutionis non ꝑ iudicat electo q̄n adhuc per euz potest peti ꝓfirmatio ꝓbatur ħ in versi. nihilominus. Ibi differunt ne

gligentia electi ꝛ eligentiuꝫ. quia electo negligente. electores etiaꝫ ꝓstitutionem istã obseruantes non pñt confirmationem petere ꝓ electo. quia priuatus iam est iure quesito. vt in .ff. q si per .xx. s. e. Non sic econtra. cum ius electi sit saluum. vt hic. Primo tamẽ casu possunt eligẽtes repetere ab electo expensas factas. q̃ ꝓpter eius negligentiã inutiliter laborauerunt. ar. c. fi. s. de iniuri. secundo casu secus. quia expense non pereunt electo. nec sũt sibi inutiles. quia ius suũ prosequitur ſm̃ docto. Nota hic glõ. notabilem in verbo ꝓtumaciã. que ponit plures casus. in quibus iudex ex officio suo põt supplere de facto. de quo plene p. g. et doctl. in. c. bone. s. de postu. ꝓla. et C. vt que desunt aduoca. partium per totum

Deniqꝫ in postulatiõe in ꝓcordia aut discordia facta in veniendo ad curiam ꝛ mittendo personas instructas omnia superius dicta sunt obseruanda. alias pene predicte locum sibi vendicant nisi in casu quo postulatur alteri ecclesie alligatus. tunc em̃ iura antiq̃ sunt seruanda. Item nisi in eo q̃ de consensu prestando per electum dictum fuit. et de ministrandis expensis q̃ nõ habent locuꝫ in postulatis dependet tamen adhuc hodie postulatio a gratia. Et in omnib⁹ predictis casibus circa recuperationez expensarum eligentium electi. postulantium postulati. obseruanda sunt iura vetera. Hoc dicit vsq̃ in finez Et principium .ff. de postulatione loquitur vt patꝫ.

Ex texto patet qui sũt postulandi. Item quis ministrare debeat expensas personis ꝓ instruendo negotio postulationis ad curiam mittendis. Itẽ qualiter postulatio dependet a gratia. ỏ quo hic in glosa verbi gratia Item q̃ postulatus nõ tenetur consentire postulationi. potest autem si velit consentire ſm̃ Joh. an. Nec ex hoc arguitur de ambitione. dixi de hoc in. c. q̃ sit. supra eodem. et h̃ est glosa in verbo consensum vans modum respondẽdi postulato quã vide

Ex fine texto habemus quid obseruandum sit de expensis recuperandis per electum aut postulatuꝫ aut alias personas ĩ electionis negotio et distingue plene vt in glõ. finali. ꝛ pleni⁹ h̃ per Domi.

Andaméta

militantis ecclesie in montibus sanctis hoc est apostolis ꝛ predicatoribus dominus collocauit. vt ꝑ eos in omnem terram veritas legis et prophetarum veheretur. principaliter tamen beatum Petrũ caput aliorum constituit. cui beatũ Paulum per dexteram societatis adiunxit. Et ꝑ hos eniꝫ duos rome euangelium resplenduit. ibidem q̃ vna die vno loco sub vno persecutore passi martyrium sunt. ipam q̃ vrbem caput totius orbis per beati Petri sedem constituerunt. Et vt sẽper proficere possꝫ in spũalibus ꝛ firmitate ꝓstare. a deo ꝓ

vsū erat. vt Cōstantin⁹ q̄rto die baptismatis. vna cū omnib⁹ sapiētib⁹ 7 meliozib⁹ suis. et vniuerso senatu. ipi ecclie romane ī psona beati Silvestri pcessit ipaz vrbē q̄ ad vtrāq; iurisdictionē et omnē ip̄i⁹ dispositionē. nō em̄ putauit iustuz vt vbi celestis impator pncipatū sacerdotij instituit. q̄ illic imperator terren⁹ ptātez haberet. ex cui⁹ forte terrore libertas p̄silij et iudicij pape et cardinalib⁹ possit tolli. Attēdens igit̄ papa q̄nta pericula inducunt peregrina regimina. et considerans destructiões et deformationes. ruinas et desolationes meniū et murorum vrbis romane. q̄ peruenerūt ex senatoribus et rectoribus incognitis. 7 cupiens vt de cetero felici ducta regimine preseruetur a noxijs. et plena libertate fruatur. q̄ sibi debeť ī omnib⁹. Statuit q̄ q̄cūq; īminet electio senatoris aut alterius cuiuscū q̄ p̄sidētis vrbis romane. impatoz. rex. princeps. marchio. dux. comes. aut baro. aut aliq̄s alius notabilis p̄eminentie. potentie. aut dignitatis eligatur. nec etiaz frater. fili⁹. aut nepos dictorū. nec etiā aliquis ali⁹ vltra spaciū vni⁹ anni eligatur in senatorē. aut aliū quēcūq; p̄sidentem vrbis romane. sine spēali licētia pape per litteras pape hāc licentiā exprimentes. Si sec⁹ actū fuerit electio ē nulla. Et noiantes eligentes seu assumētes. Itē noiati. electi et assūpti si p̄senserint et obediētes eisdē et dātes noiatorib⁹ aut noiatis auxiliuz p̄siliū aut fauorē cuiuscūq; stat⁹ fuerint ipo facto sē excōicati. Et vltra hoc noiati seu electi si p̄seserint aut aliq̄ mō se ingesserint. 7 eorū postēi in perpetuū sūt ipo facto puati omnib⁹ feudis puilegijs. 7 libertatibus que a romana vel alijs tenēt ecc̄ijs. Et libē illi ad q̄s ptinēt de ipis possunt put voluerint disponē. omnia em̄ p̄cepta. mādata ordinationes. 7 statuta per tales electos facta. sīue p̄firmationes p̄tractuū. 7 q̄cunq; alia gesta sūt irrita 7 vacua. iudices 7 tabelliones q̄ p̄tra p̄dicta patrocinū exhibuerint 7 instrumēta confecerint. iudicat⁹ et tabellionat⁹ officijs ipo facto sūt puati. A p̄dicta ec̄ excōicatiōis sīia ali⁹ q̄ roman⁹ pontifex p̄terq; in mortis articulo absoluere nō p̄t. nisi de spēali pape mādato. Nō tn̄ vult papa ciues romanos q̄ ex vrbe romana naturalem traxerūt originē. aut q̄ in ea aut ei⁹ territorio p̄tinue habitauerūt. p hāc p̄stitutionē excludē. q̄n ad vnū ānū tm̄. vel ad breui⁹ tp̄s ad regimē vrbis eligi valeāt 7 possint. etiamsi dictorū pncipuz et alioz fratres filij aut nepotes essēt. vel etiāsi extra vrbē ipi comitatū baroniam aut aliā ptātē haberēt. dūmō nō sit tāte p̄eminētie aut potētat⁹ q̄ includať ſ̄b alijs excluſ a regimīe dc̄e vrbis. Hoc dic̄. vsq; in fi. 7 ē localis fm̄. g. pmā. 7 disponit de electōe senatorū. 7 alioz rēoz vrbis rōne fm̄ Jo. an.

Pria ·Ecc̄ia q̄ multiplicit dī. ī milit ātē 7 triūphātē dicit. 7 a synagoga segregatur. Prima pars probatur per glosam in. c. finali. ne prela. vi. suas vbi sunt multe acceptiones ecclesie Dic autem capitur pro p̄uocatione fideliū. Ecc̄ia em̄ in greco sonat p̄uocatio in latino. et ē fideliuz tm̄ synagoga aūt ē p̄prie iudeorū. et in

terp̄tat ꝓgregatio.vñ aplī nunq̄ ecclesiā nostrā synagogā dixerūt.ꝛ ꝛ ecciaz Nā ꝓuocari est ꝓpriū vtentiū rōne,vt sūt bōines.cōgregari autez solent pecora.et sic virga legis que erat dura ꝑplus ille grex irrōnabilium pecoꝝ ꝓgregabat.ꝛ amore spirit⁹ sci popul⁹ ad vnā fidē ꝓuocatur fm Archi. Que aūt dicat eccia militās et q̄ triūphans dicit hic Joh. mō.q̄ vna est eccia fideliū diuersas hns q̄litates.et fm hoc diuersificat. Vñ militās dicit in tris istis tpe laboris et peregrinatiōis .triūphans in celis tpe q̄etis et in eternitate mansionis.prima habz bonos z malos scda bonos tm̄.ō q̄b⁹ hic p eum

Secūda cō- Licz Petr⁹ esset maior aplus ceteris apostolis administratione.in ꝓsecratiōe tū par fuit institutio.sicut z pares pūt esse virtute z merito. Probat hic in.g.verbi summo.et ca.loq̄tur.xxiij.q.j.et.c.i illis et ibi.g.lxxx.dis.

Tertia con- Ubis romana totius orbis caput est effecta . Probat hic in vers.isti sūt.et fm Jo.an.buius indiciū ē.q̄ vrbs ꝓposita est ad exēplū orbis ꝓpter q̄ttuor sedes patriarchales.q̄ sunt in vrbe sicut i orbe iuxta.c.anti q̄.de ꝓbile .vt i eccia sci Petri.sci Pauli.sce Marie maioris.et sci Laurētij extra muros. ꝑncipalis vero et maior est eccia Lateranēsis q̄ dicit sancti Jobis et romana eccia appellat.et illō cōiter tenetur.licz ali qui dicāt eccīam sācti Petri maiorē et dici caput ceteraꝝ sicut Petr⁹ caput apostolorū.xv.q.vi.ducū.Sz ꝓrogatiua eccie lateranenſ patz ex eo.q̄ papa epi.et cardinales celebrāt in maiori altari sācti Johānis.In alijs aūt ec̄ plbri cardinales celebrāt.Et de sāctitate gētis romane.vi.hic Joh.mō.sup verbo.gens sca post beatū Bernardū qui etiā dicit a quib⁹ fuit roma condita.q̄ a latrōib⁹.inde dicta roma. q̄si rodens man⁹ z dat versus

Quarta con- Poterat constātinus de rebus imperij eccie aliq̄ donare.nec posset successor ipius eādē donationē revocare Hāc ꝓclusionē q̄ ad ꝑmā ptē ꝓbat hic tex.in verb. ne aūt.Scda pars ꝓbat p.g.in ca. ego Loduic⁹.lxiij.di.et in cle.romani ꝑncipes.de iure iuran̄.sup verbo Cōstātinū.et tenet Bal.in ꝓhemio ffoꝝ.Panor.et an.i.c.p venerabilē qui fi.sūt legi.idez Bal.in ꝓhemio Codicis.et dicit Anto.q̄ dubitare an ꝛ donatio valuit nō ē lōguz ab hereſi.approbata ē em̄ p papā.z q̄ō eccia approbauit non licz revocare amplius in dubiū.vt in.l.nemo clericꝰ.C.de sū.tri.et late disputat Bal. in vsi. feu.circa ꝑn.et in.l.cū multa. C.de bo.que libe.

Quinta con- et finalis Plures ꝑsōe ꝓhibēt eligi ad regimē ciuitatis romāez diuersas penas ꝛiū faciētes incurrūt ipo iure. Probat h i ff.vt igit.z sequē.vsq̄ in fi.Et q̄s dicatur dux marchio comes.z q̄s sit ordo int eos p̄z h i.g.vbi.marchio q̄s aūt dicat ꝓrie ꝑnceps.vi.g.in cle.pūti.de baptis.

Jāquam ca- nonicis ecclesie cathedralis negligētib⁹ eligere infra tres mēses epm potestas eligendi devoluatur

ad primū supiorē.si tū puentur potestate eligēdi ipo iure.puta q̄ sciēter indignū elegerūt.aut p̄ sentētiaz quia peccauerūt in forma tradita. in.c.quia ꝓter.s.e.ti.tūc ad papam devoluitur potestas ipa.in inferioꝝ rib⁹ aūt ecc̄ijs in omni casu ad primū supiorē fit devolutio Hoc dic.

Prima conclusio. Habēs ius eligendi in aliq̄ ecc̄ia illud amittit in trib⁹ casib⁹ positis in lra. Et est primus casus q̄n infra temp⁹ debitū canonici negligūt eligē.q̄ temp⁹ ī ecclesijs cathedralib⁹ et regularib⁹ est tēpus triū mensiū.c.ne p defectu.s. e. In inferioꝝ rib⁹ ecc̄ijs est tēpus sex mēsiū.c.ij.de ꝓcess.pben.s .Scōs casus ē q̄n eligētes sciēnt eligunt indignū.vt in.c.cū in cūctis.ff.fi.supra.e. Tertī⁹ cas⁹ q̄n formā tradītā a iure nō obseruāt.tūc em̄ puari pñt potestate eligendi.vt in.c.q̄ꝑ.supō.e .et ē.g.in.c.cumana.supō.e .ti. primo casu ad supiorē primū devoluit̄ ptās eligēdi etiā ī cathedralib⁹ ecc̄ijs all̄. c.ne p defectu.scdo casu ꝛ ētio fit devolutio ad papā in cathedralib⁹ ecclesijs. In īferioꝝ rib⁹ aūt ad primū sp supiorē.vt hic in fi.et in.c.ij.ō cōcessi.pben.et p hoc patz intellectus hui⁹.c.et glo.magne hic

Secunda conclusio. Provisio omniū epatuū spectat ad papā.nisi in duobus casib⁹.videlz q̄n eligunt canonici ipius cathedralis ecc̄ie.vl̄ priuati sūt propter eoꝝ negligētiā Probat̄ h ī.g. magna q̄ bene declarat eam

Tertia conclusio. In inferioꝝ rib⁹ ecc̄ijs sive p negligentiā aut delictū eligentes ptāte eligēdi ꝓuenit̄ ipo iure.aut p sñiam devoluit̄ illa ptās sp ad primū supiorē Probat̄ h ī scda pte ter. ꝛ ī.g.ff.Quis āt vacāte sede bñficia devoluta ad epm ꝓferre pt.an capitulū tractat hic Joh.mō.et tenet q̄ nō p.c.i.ff.cū vero.ff.ne se.va.Sz Joan.videtur tenē cōn.nā.c.i.ff. cū vēo loq̄t de bñficijs spectātib⁹ ad collationē solius epi q̄ conferūt nō rōne iurisdictiōis epalis.qđ patz q̄ multi etiā nō epi ea cōferūt.et aliq̄ epi nulla bñficia ꝓferūt.sz bñficia devoluta ꝓferre ꝓprie est iurisdictōis episcopalis. Ideo se.va.capl'm qđ succedit epo in iurisdictiōe.vt in.c.his q̄.de maio.et obe.etiā talia bñficia ꝓferre pt.de q̄ vi. Panoz.ī.c.cū oliz de maio.et obe.ibi tenet ptra.

Si qui contra formā electiōis vel psonam electi aliq̄d obijcit.et ꝓterea appellat ad papā si iurat cozpaliē alēnative q̄ ea q̄ in appellatione exp̄ssit.vel q̄ ex ipis sufficē debēt credit fore vera.et se ea posse ꝓbare nō ē audiēd⁹ erq̄ formā.c.vt circa.s.e.ti .traditaz pstat eū nō obseruare Hoc dicit

Ex texto elicitur talis conclusio.Si obijciens in formam electionis aut personā electi appellat.debet cozporaliter duo iurare copulative. q̄ credit obiecta esse vera.et se posse probare ea. alias super expressis in appellatione denegatur ei audientia Probatur hic in textu.Alternative igitur iurans .vt hic in textu. Non servat formam decre .vt circa . igitur penam illius sustinebit.quia super expressis non auditur.sed nec super exprimendis audietur . Fm Lapum.

vt in cle. ꝓstitutionē .§. fi. e. ti. nisi i casibus exceptis. de qb⁹ in. c. vt circa in verſi. nisi. et tūc iurare tenetur. vt ibidē in verſi. sup hmōi. Ex istis seqtur q vbi ius dat certā formā excipiendi. nō obseruās eā repellit a potestate pbādi exceptionē. facit. c. pia de excep. ī. et sic inepte excipiens succūbit. sicut inepte agēs. vt in. c. examinata. de iudi. s.

q Ai cótra certā ꝑsonā ne eligat appellat. teneť tā in expīmēdis obiectis q̄ in corꝑali iuramēto ꝓstādor q̄ ad alia ī c. vt circa. s. e. ti. statuta ipaz ꝓstitutionē obseruare. ac si electiōe iā facta eū ꝓtingeret appellare. alias sbīacebit illi⁹ ꝓstōnis pene. Hoc dicit.

Ex tex. elicit talis conclusio
+Si appelletur añ electionē factā ne eligatur certa ꝑsona omnia q̄ expmit cōstitutio. vt circa s. e. ti. sūt obseruāda. Probat hic in tex. Et rō dubitādi tangit hic in. g. penul. quia ꝓstitutio vt circa. loquitur. qñ appellatur ꝓtra electuz. et sic nō vidēbatur locū habē. si appellet ꝓtra eligendū. Sz rō decidēdi ī cōtrariū patz hic ex. g. ū. Et sic patet q ꝑt appellari a futuro grauamine. qđ verū est extra iudiciuz. secⁿ in iudicio. c. dilecto. c. vt nostrū. s. de appel. et cle. sīc. e. ti. in cle. Si igit spes est de aliq̄ ꝑsona q debeat eligi. q a pluriⁿ⁹ notata ē in scrutinio. pñt appellare aliq̄ ne talis eligat ꝑsona. nec oꝓtz q nominēt eā sz sufficit q specificēt eaz fm. g. hic in verbo nominatā. hec eñ duo in tex. posita. s. q ꝑsona sit certa et notata nō diuersificāt ius. sz ad maiorē expssionem ponūtur fm Jo. an. et Jo. de sco georgio. r ita tñsit Bomi. An aūt ꝑlatus puta epus ex officio ꝑt ꝓhibē certā ꝑsonā eligi q̄si cōstet sibi q sit criminosa aut indigna Archidi. tractat hic. et ꝓclusio est q nō nisi cām legitimā assignet et ꝓbet. facit. c. ex tenore. et. c. fi. de tpi. ordi. s.

Jcut cuz per scrutinij formā in electione procedit ꝑ vnū electio cōis ē facienda. ita et ꝑ vnū fieri debz. qñ ꝓcedit ꝑ viā ꝓmissi. licet lex ciuilis velit q qñ plures sūt arbitri ꝓmissarij per omnes debeat ꝑnūciari. si igitur a pluribus ꝓmissarijs simul fiat electio nulla est ipo iure. Hoc dicit

Pria ⁊ +Sive in electōib⁹ procedatur ꝑ viā scrutinij. sive per formā compromissi debz per vnū vice omniū cōis electiōis ꝑnūciatio fieri. Probatur ꝫ ꝓclusio hic in tex. Et de forma scrutinij idē habetur in. c. in genesi. s. e. Et fiet ꝓnūciatio hec eē ꝑ verba singularis nūeri vt euidenti⁹ cēseat vna electio. vt in. c. cum ab vno. ī. de re iudi. Et non refert vtruz vtatur verbo eligo. aut verbo ꝓnuncio. fm archidi. de quo Cōpos. in dicto c. q propē. s. e. ti. Quis erit ille per quem fieri debz cōis electio. dicit ꝫ g. verbi per vnum. q erit ille qui ꝑmam vocem habet in capitulo. vel ille cui capitulum hoc commiserit. quod intellige etiamsi non sit de capitulo. aut occulte sit excōmunicatus. fm specu. eodem titulo. §. i. versiculo quid si ille. et versiculo porro Potest etiaz vnus alijs ꝓsentibus et non contradicentibus istam electionem facere sine mandato suffi-

cit eñ hoc caſu pñtia aliozū ſñ ꝑdi
ctione. Jn re eñ appetibili et meri
toria ſicut ē eccīa ꝙuiſio. taciturni
tas habeť ꝓ ꝓſenſu. ſm. g. in. regula
is q̄ tacet. j. de re. iur'. Nō eñ q̄re p
vnū debz fieri electio ē ſm Paul. q̄
electio eſt vniuerſitatis et collegij.
vt in. c. j. ſ. e. ti. qđ collegium licz ex
plurib⁹ ꝓſtet. tñ vnū dicit repñtati
ue. l. mozuo. ff. de fideiuſ. vt igit res
rꝺucať ad ſuū ꝓncipiū. qđ facilit fit
l. ſi vn⁹. ſ. pactum. ff. de pac. debet ex
plurib⁹ eligentib⁹ q̄ ꝓuidē hñt eccīe
ꝓ vnū fieri electiōis ꝓnūciatio. ⁊ ita
vnica erit electio; nō ſic eſt ī forma
inſpirationis. de q̄ in. c. q̄ ꝓt. ſ. eo.
quia ſufficit vno oze eligere

Secūda cō. et finaľ. ħ vera in ele
ctionib⁹ ad dignitates ꝓ q̄ruz vaca
tionē eccīa dicit viduata et priuata
ſponſa. Jn electiōe aūt ad canoniaz
vel aliō bñficiū ſufficit. q̄ ſingľares
de collegio ꝓſētiāt ī aliquē ī. capľo
Probať ħ pcľo ħ in. g. verbi formā
Ex q̄. g. habem⁹ q̄. c. q̄ ꝓpter. ſolū lo
cū hz ī electiōib⁹ ꝑlatoz̄ q̄ dicunť
ſpōſi eccīe et ꝓ q̄rū obitū eccīe dicū
tur viduate. et ita eē tenēt dñi ꝺ ro.
deci. ccccxliij. in nouis q̄ incipit. ex
hoc inſurrexit aliud dubiuz. vbi eē
collector querit. qđ ſi in eccīa ē ꝑpo
ſit⁹ q̄ hz curā aīarū ꝓpľi ſeu laicoruz
cū adminiſtratiōe ꝑpaliū. et decan⁹
hñs curā cleri eccīe cū ꝑeminētia in
capľo. an in vtroq̄ debeat ſeruari
forma. c. quia ꝓt. et credit recurren
dū ad ꝓſuetudinē illi⁹ eccīe et etiaz
vicinarū. vt videať quis eoz̄ habe
tur ibi pro capite ꝓncipalioꝛ et in
illi⁹ electione ſeruetur. c. quia ꝓpter.
Nam eq̄ ꝓncipales eſſe non poſſūt
hoc eñ monſtruoſum eſſz. vij. q. j. in
apibus Jn Colonia tñ in vtriuſq̄
electione obſeruať forma. c. quia ꝓ
pter. Habem⁹ etiā ex eadez. g. et ex
pcľone. q̄ in actib⁹ ꝓtinētib⁹ ad vni
uerſitatē ſufficiunt ꝓſenſus ſingula
res. dum tñ preſtenť ꝑ ꝓgregatos ī
vnū. qđ notandū pro patronis lai
cis ad quos ſpectat pñtatio tanq̄
ad vniuerſitatē. quia debent voces
dare ꝓgregati in vnum. et nō. Joh.
an. in. c. iij. ſ. de iure patro. Jſtuꝺ tñ
fallit in caſibus in qb⁹ locum hz. c.
q̄ propter. ſ. e. ti. vt hic ī tex. ꝓbať

tatutuz quod

habeť in. c. licz canon. ſ. e. de
aſſūptis ad regimen eccleſiaruz pa
rochialium infra annum promouē
dis ad ſacerdotium et q̄ alias eccle
ſijs ſint priuati. cum penale ſit debz
reſtringi. ideo ad eccleſias parochi
ales et collegiatas non debz exten
di. ſed in illis antiqua iura debent
obſeruari. Hoc dicit

Prima con. Aſſūpti
ad regi
men eccleſie collegiate etiāſi paro
chialis exiſtat non comprehenduntť
ſub. c. licet canon. diſpoſitione Jdeo
tales non ſunt eccleſijs ipis priuati.
etiāſi anno elapſo ad ſacerdotium
non ſint promoti. Probatur hic in
textu. ſunt tamen priuandi eccleſijs
iuxta antiqua iura. que ſunt in. c. cū
cunctis. ſ. inferioꝛa. ſupra eodez. Ra
tio huius concluſionis ⁊ textus no
ſtri eſt. quia conſtitutio penalis nō
debet extendi ſed. c. licet canon pe
nale eſt. Et quia diſponit de actu
ſimplici. vt de ſimplici parochia
li non includit actum mixtum.

scz eccīam collegiatā et parochialē qō ꝓcedit maxime qñ est diuersa rō vt hic Nā collegiata parochialis ē maioꝛ q̄ simplex parochialis. maioꝛ aūt sub minoꝛe nō debz includi et facit ſm Jo.an.q̄ si tpe interdicti papa ꝓcipiat de aliq̄ ciuitate exire clerū exp̄ssis epīs.abbatib⁹.ꝓpositis archip̄bꝛis.ꝛ ꝓpositis.et reseruat solū p̄bꝛos parochiales ꝓ administrandis sacramentis tpe interdicti. etiaz dicti ꝓlati ibi p̄nt manē qñ būt parochiā et cert⁹ p̄bꝛ ad curam parochie deputat⁹ ñ erat.alias sec⁹ et sic dīē se audiuisse ꝓnūciatū fuisse p Job.papā et facit b tex.quia ex q̄ tales ꝓlati hic nō includūtur ī penali ꝓstitutione et q̄ ad penaz .alias bene includerenť.quia parochiales sūt maxime si inclusio eoꝛū penam excluderet.vt in casu p̄nti. Jdē tenz Lap⁹ et Domi.

Ultima con. Sūt āt collegiate regulares et cathedrales eccīe iure cōi ac alie q̄ in tali possessione censenť.aut p̄uilegio collegij sūt munite. Probať hic in.g.verbi collegiatas.et in.c.dilecta.de excess.p̄la.vbi de hoc et in.c.poꝛro.de p̄uileg. Si igitur dubitať ꝺ eccīa an sit collegiata.videndū ē si exercet iura collegij an videlz p̄sueuit syndicuz ꝓstituere et p illū iurare.c.imꝑatoꝛū.de iura. ca. Et an habz sigillum cōmune.de appella.significauit Itē an clerici cō sueuerūt in ea eligē p̄latū.c.j.s.eodē His cessantib⁹ licz in eccīa sint plures clerici.nō ido dī eccīa collegiā q̄ p̄nt ibi esse vt singuli. Et an hec ꝓstitutio locuz habz in eccīa q̄ mō non est collegiata sed fuit collegiata vid.eandē.

Jcui eligēdi potestas dať p viā ꝓmissi sub ea forma vt ipe secrete et sigillatim omniuz votis scrutatis et in scriptis redactis illū eligat in quem plures ꝺ capl'o q̄ in aliquē aliū cōsēserint.et ipe ꝓmissari⁹ iuxta formā sibi datā talē eligit in quē plꝰes ꝓsenserūt q̄ in quēq̄ alium.talis electio ē nulla.q̄ p̄ter formas ꝓcilij. q̄ ꝓpter.s.e.ti.facta. Hoc dicit

Pria ꝺ. Valet ꝓmissū factū in vnuz vel plures sub ea forma.vt talē eligant in quē scrutatis secrete et diuisiz votis omniū maioꝛ ps cōsenserit ꝓparatione minoꝛū Hāc ꝓclusionē hic tex.ꝓbat iūc.g.verbi nō maioꝛ Pro quo aduertendū q̄ ille ē eligendus q̄n per viaz cōpromissi ꝓceditur in quē maioꝛ et sanioꝛ ps capl'i cōsenserit.vt in.c.quia propter.s.e. Non autē sufficeret q̄ maioꝛ pars cōparatione minoꝛum in euz consensisz verbi gratia.si sunt.xij.canonici ī ecclesia et q̄nq̄ consentiunt in vnum. quattuoꝛ in alium.et tres in tertiuz electus a q̄nq̄ est electus a maioꝛi parte comparatione minoꝛum .sed non a maioꝛi parte capituli.et ido non potest p̄fici ecclesie Ratio igitur ꝓclusionis est.q̄ de ꝓpria significatione hoꝝ verboꝝ eligatis eū in quē plures ꝓparatione minoꝛū cōsenserint. Est comprehendere etiaz partē maioꝛez toti⁹ capl'i. Et sic in his verbis ꝓpēdit casꝰ in q̄ electio fieri p̄t de maioꝛi parte capl'i et per ꝓsequēs ꝓmissari⁹ p̄t seruare dictā formā sibi traditā.nec faciet p̄ter aut contra formā.c. quia ꝓpter. quia in ea continetur forma vtilis

ꝓmissi determinata vt in.c.cuz expediat ſ. eo.ti. ſm Imo. et Domi.

Secūda con. Si compromissarij ſm dictaz formaz electi. eligūt eū in quez maior pars consentit. in ꝓparatiõe minorū nõ valet electio. niſi essz maior pars totꝰ capti. Probatur hic in tex. Nã q hoc casu facta ẽ electio ꝑter formã. c. q propter Debz em̃ eligi ille in quẽ maior ps capti ꝓsentit. vt ibi. Cũ pz q ille qui hz plures voces in electiõe q̃ aliqs aliorū non dicit ꝓterea habẽ maiorẽ partẽ capti. vt h ꝓbatur. et patet in ꝓcõne. s. prima. qõ dicit Dominicꝰ nõndũ pro formatione articulorꝝ in petenda ꝯfirmatiõe electionis. quia nõ ſufficit articulare q̃ habuit plures voces q̃ aliqs aliorũ. Ex hoc em̃ nẽario non ꝓcludit q̃ habuit maiorẽ partẽ totius capituli. qõ tñ req̃ritur. vt habeat in. c. q ꝓter. ſepe allt. Scõo patz q hic eq̃parantur factũ ꝓtra legez et ꝓter qõ ſp procedit qñ est data certa forma exercendi actũ. et ꝓter illã omnes forme ſũt ꝓhibite. tũc em̃ paria ſũt facẽ ꝑter et ꝓtra. alias nõ. ꝛ iſto in. c. cauſaz q̃. in. g. ꝓ. s. de re iudi. Et ſm archi. tũc dicit fieri aliqd ꝑter legẽ qñ fit qõ nõ est in lege ſtatutum facit. c. q ꝓter. s. e. iũc. tex. hic. Jura aũt in electione ꝓſtituerũt certã formã vt lites vitẽtur et citius eccĩjs ꝓuideret. ſm Inno. in. c. q ſic. s. eo. ti

Jocundam oculos viciũ ambitionis excecat ſic q etiã monachi extra administrationẽ ſui ordinis ſoliũ prelature ꝓtendere laborãt. q̃bus obuiare volens papa ſtatuit. vt nulli religioſo ordinis mendicantiuz ex electione poſtulatiõe. aut quiſitione de ſe facta in diſcordia ad prelaturã extra ſui ordinis adminiſtrationẽ ius adq̃ratur de cetero. nec tali electiõi poſtulatiõi aut quiſitioni ꝓſensũ ꝓſtet. etiãſi magiſtri miniſtri prioris. aut generalis licẽtiam habeat aliq̃ mõ. Et idẽ ſtatuit in aljs q̃buſcũq̃ religioſis nõ mendicãtibꝰ ad aliq̃s ꝓlatiões electos poſtulatos aut vocatos a minori parte numẽo. vt nec tales electiones ius tribuãt nec electi ꝓſentire audeant. etiã habita licẽtia ſupioris. q̃cquid ꝓtra ꝓmiſſa factũ fuerit ẽ irritũ. Hoc dicit.

Prima con. Ex electiõe facta i diſcordia de religioſo ordinis mẽdicãtiũ ad prelaturã extra adminiſtrationẽ ſui ordinis nullũ ius ei adq̃ritur nec eidẽ etiam de ſupioris ſui licẽtia ꝑt adhibere ꝓſenſuz. Probatur hic in verſi. volentes. Et qui ſint mendicãtes dicit h tex. q ꝓdicatores. minores. ꝛ heremite ſci Auguſtini De carmelitis qui ſunt ꝺ q̃rto ordine mendicantium. habetur i c. vnico. de reli. domi. Et dicunt mẽdicantes quia poſſeſſiones vel reditus habere non poſſunt. Sed in certa mendicitas victum eis ꝓbet. ſm glõ. hic in verbo mendicantium Unde mendicus ſm Archi. dicitur quaſi manu dicens vel a mene qõ ẽ defectꝰ. et dico dicis. quia dicit defectꝰ. et neceſſitates ſuas cum petit ſubſidia. Et procedit cõcluſio ſi ab initio fuit diſcordia. licet poſtea ſupueniat ꝓcordia. q̃ initiũ ſpectamꝰ in electione. c. duduz. s. eo. ſm Job. mõ. et archi. s. c.

Secūda cō. Si religio
sus mendi
cans in ꝓcordia eligatur ad digni
tatem extra sui ordinis admīstrati
onē electioni cōsentire ꝑt .dum tñ
habeat superioris sui licentiā. Pro
batur hic in tex.a ꝓtrario sensu. qđ
verum si eligatur in epm.secus si eli
gatur in prelatuz alteri⁹ religionis
aut habitus.quia non valet electio.
cle.j.e.ti. Et an possit eligi ad aliaz
prelaturā secularis eccie.vide.ibi in
g.penul. Et cui⁹ superioris licētia re
quiratur.dicit archid.q generalis.
qđ veruz ſm Jo.an.si ꝓstitutio reli
giosoruz illud habeat.alias sufficit
ꝓsensus īmediatus superioris.puta
abbatis aut prioris ꝓuētualis.licz
transire non possz ab ordine sine li
centia generalis.facit.c.si religiosus
j.e.titulo

Tertia con. Electio fa
cta a mino
ri p arte numero de religioso ordi
nis non mēdicantiū est nulla.nec ta
li ꝓsentire potest etiā de superioris
sui licentia. Probatur hic in tex.in
versi.religiosos.qđ veruz etiā si mi
nor pars eligentiuz sit sanior.vel ec
si maior pars eligentiū qui dissenti
unt sint ptāte eligēdi ꝓuati .sola em
maioritas numeri hic attenditur.vt
sentit hic.g.in verbo numero.iunc.
cle.qđ circa.e.ti. Et procedit ſ cō
clusio etiā in eo religioso q esset re
ctor eccie parochialis.et eligeretur
in epm aut alium ꝑlatum a minori
parte numero ſm.g.penul.hic. Cla
ruz est em q talis est monachus seu
religiosus.ergo ꝓclusio in eo locuz
habet per tex. hic. Tñ patz q appel
latione monachi seu religiosi etiaz
in materia penali includitur religi
osus ad eccīam secularez ꝓmot⁹.ꝑ
gl. penul .hic in verbo mendicanti
um.qđ verum qñ lex disponens de
monacho.ꝓcernit personam ipi⁹.et
causa legis locum habz etiā in pro
moto ad eccīam secularē vt in casu
nostro.hic em̄ phibentur monachi
consentire .vt ambitio refrenetur in
ipis. Secus si causa legis aut statu
ti ꝓcluderet ad loca religiosoruz .q
tunc non includūtur ꝓmoti ad ec
clesiā secularē.per.g.in cle.j. de reb.
ec.nō ali.in verbo cuiuis.nisi statu
tum loqueretur per verbum vniuer
sale.quia sic includerent ꝓmoti etiā
ad secularem eccīam .ita intelligit
glō.penul.j.eo.c.et.gl.j.in fi.de deci.
de quo per Panor.in cle.j. de rescp.
et ita sentit hic Bomi.

Ultima con. Electio
facta cō
tra ꝓicta est nulla etsi ꝓfirmatio ſ
sequatur est inualida . Prima pars
ꝓbatur in fi.tex.scđa pars ꝓbatur
in.g.fi.ħ. Ex quo nō.q electio nul
la p ꝓfirmationē subsequentez non
validatur.qđ est verum.qñ est nul
la ex defectu iuris naturalis .vt q
in ea non concurrūt ꝓsensus eligen
tium et electi .tunc enim superioris
ꝓfirmatio eā non ꝑt ꝓfirmare. arg.
regule accessoriū.j.de re.iurī.qđ vez
nisi ꝓfirmatio esset facta p papam
ex certa scientia.papa em̄ facere ꝑt
vt ſto qđ inualiduz est ex defectu iu
ris naturalis.fiat validum quo ad
effectū iuris positiui.ſm Jo.de lig.
in cle.j.e.ti. Si autē nulla essz electio
ex defectu iuris positiui.vt ex defe
ctu forme.q videlz debita fōz in ea
nō est obseruata.tñ ibi est consens⁹
eligentium et electi.tūc confirmatio
pape eam validat.quia ipe est super

ius positiuū.c.posuit.ō pces .pben. Idem de pfirmatiōe inferioꝝ q̄ ad effectū validitatis gestorū fm Compostet. Inno .i.c.q̄ sicut.e.ti.s .et q̄ ad hūc defectū valet pfirmatio inferioris etiāsi electio nulla essz.ex defectu iuris naturalis .puta psens⁹.q̄ cōis error facit valere gesta.l. barbari⁹.ff.de offi.pto.c.psultationib⁹ de iu.patr ona. Talis tū cōfirmatio electionis nulle facta p inferiorez a papa non facit electū platum.vt sit secur⁹ in foro pscientie .siue sit nulla ex defectu consensus.siue ex defectu solēnitatis.p nō.Joh.an.et Panor. in.c.q̄ sicut.e.ti.s.Archi.et Lapuz. in.c.si an.s .e.

V Tquis duas electiones de se in eadem ecclesia factas simul .psequatur .et ex ambab⁹ pfirmationem petat.non ē rōnabile etiāsi protestetur se alterā p quam intentū suū consequi posset contentū esse.velle igitur iterum alteram eligē p cuius electionē alteri in totū intelligit renūciare. Hoc.d.

Prima con Licz ad eandem dignitatem de eodem pñt fieri electiones due.neqt tū vtrāqz prosecq. sed vnaz tenetur eligē. Probatur ꝫ in textu. Et qūo due electiones de eodem fieri possint ad eandē dignitatē.patz hic in exemplis.g.ij.quia a diuersis psonis fieri pñt .forte capitulum eligit dicens ad se spectare electionez.c.j.s.e. Similiter aliq̄ alij eūdē eligūt q̄ dicūt ad se spectare.p.c.cum dilectus.de psuet.s.vel fiunt due electiones ab eisdem diuersis tēporibus.alias si fierent eodem tpe ab eisdem de eodē nō essz possibile q̄ esset duplex electio.imo vnica esset electio.vt in.c.in genesi.de elect. s.fm Pau.ꝫ. In psecutione aūt negotij talis tenetur vnaz prosequi.et ex vna pfirmationē petē.vt dicit secūda pars pclusionis. Nec em̄ admittitur vtrāqz psequēdo.etiā cum protestatione q̄ altera velit esse cōtentus.p quā intentū suū psequi possit vt hic. Rō est quia solum ex vna cā pt ius habere.vt hic in tex. et in.c.inter dilectos.de fide.instru .nec est licitum vagari in incerto cum discrimine alteri⁹.vt hic iunc.g.verbi vagatur. Et protestatio vagationē inducens et ius dubiuz pseruans.vbi q̄s artatur ad certificationem act⁹ non releuat.nec valet fm Jo.mō.7 arch.

Secunda con Jus q̄situz potest quis duplici via defendē.ad querendū tū ius habens duplicem actionē aut viaz.alteram tenetur eligere. Prima ps pbatur in.c.post electionē.de pces.pben.all.hic in glō. iij.p ptrario. Nam ibi defendēdo se archidiaco⁹ initiē duplici collatione Hinc cōis inoleuit practica .q̄ qū aliqs elect⁹ aut puisus titubat ō tituli validitate tunc impetrat nouū titulū a sede aplica q̄ pt vti defendendo se ptra omnes. non aūt agēdo ad q̄rendū ius in būficio seu ad rē duplici iure possit initi .fm Bo minic. Et est rō quia iura fauorabiliora sūt vt ius q̄situz retineat q̄ vt ius ad rem pficiatur .fm Archi.q̄ primo casu nulla pt notari ambitio. sicut in casu scdo. Jta tenet La.abbas. Et ita loq̄t.l.ptra maiores.C. de inoffi.testa.7.g.in.c.iter dilectos

in verbo meū. de fi. instru. et de con cursu actionum pluriū. an simul pos sint intentari. an actor teneatur eli gere vide hic. g. nōbilē in verbo eli gere. que distinguit vt in ea ad quā solet remitti. de quo etiā in §. ceterū Insti q cuz eo.

Ultima con. Vbi duo p̄ iudicialia p̄currunt eligendo vnuz eligens renūciare videt alteri. Pro batur hic in fiñ. tex. et. c. vnico. §. de postula. p̄ela. e. li. cū p̄cor

i electio facta

non sortitur effectū quia ele ctus non p̄sentit. moritur. iuri suo re nūciat. aut electio irritatur p̄pter vi cium electi occultuz. electores quia non sunt culpabiles a tpe dissensus renūciationis. mortis. aut electiōis irritationis. habebunt ad novā ele ctionem celebrādam temp⁹ integrū dūmō nihil circa p̄dicta fraudulenē egerint aut p dolū Hoc dicit.

Prima con. Si elect⁹ de se facte recusat p̄stare consensū electio nulluz poterit sortiri effectū Probatur hic in tex. Ex q̄ patet q elect⁹ non ꝓpellitur p̄sentire. imo p̄t dissentire. vt in. c. q̄ sit. §. e. Putat tñ archidi. q mortaliter peccat. si se di gnum putat ad p̄laturam et illam non recipit. p ca. in scripturis. viij. q̄. et ibi est. g. qō verum vbi ali⁹ de est. vt ibi colligitur. tñ fm Jo. anō. electus debz vires suas metiri. vt. j. q̄. non est putanda. et sic nōt Joh. an. qō nō sp debz electus putare se dignum esse quia multa onera incū bunt p̄latis fm Jo. de imo.

Secūda cō. Si electus post p̄stitū consensū electioni renūciat aut mo ritur similiter effectus p̄firmatiōis impeditur Probatur hic in tex. An aūt istā renūciationez facere possit post p̄sensū añ p̄firmationem in ma nib⁹ eligentiuz sine p̄sensu superioris vid. hic in. g. verbi renūciat q̄ trib⁹ opini. recitatis p̄cludit q sic. et q ta lis renūciatio teneat in p̄eiudiciuz electi. sed non superioris. et ita tenuit Inno. et sequitur archid. Jo. mo. z Jo. an. z Domi. Circa istud qō de morte dicitur q̄runt doc. si in curia moriatur electus añ p̄firmationem dicatur p̄latura in curia vacare. de quo hic dubie tractat archi. hodie est. g. in verbo collato. in cle. vnica. vt li. penden. q̄ tenet q non. quia va catio eccie p electionem nō desijt fz p p̄firmationem. qō p̄bat iste tex.

Tertia con. Si electio irritetur p pter vicium electi occultū nullū sorti tur electio effectū. Probat etiā h in tex. Et licz occultuz multiplicit dī catur. vt in. c. vestra. de co. cle. z mu. Tñ in ꝓposito vicium electi dicit oc cultū. fm archi. qñ electores fecerūt debitā inq̄sitionē. nec tñ potuerunt habere notitiā illi⁹ vicij. de q̄ p Jo. an. in. c. inotuit. §. e. Et intellige cō clusionē verā. nisi ab irritatione ele ctionis fuisz appellatū. tūc em̄ appel latione pendēte eligentib⁹ non cur rit tēp⁹ p alia electiōe faciēda. quia iuste itelligūtur impediti. et adhuc posset sortiri effectū. si appellās vin ceret in cā appellationis fm archi hic

Ultima con. In p̄e dictis casibus a tpe mortis dissens⁹. renū

ciationis aut irritationis. ad eligē dum de nouo hñt eligētes integrū temp⁹. Probatur hic in tex. et intel ge quādo eligentes sciūt aliquez ex dictis casib⁹ occurrisse. ignorāti em̄ verisimiliter non currit istud tēp⁹. c. q diuersitatē. de pces. pben. c. psultationi. ij. de appella. Et p hoc qō de morte dicitur hic pz. q post mortē plati pt fieri electio. anteq̄ corp⁹ tradatur sepulture. qō tenet hic archi. de quo p Jo. an. in. c. bone. ij. s. e. ti. Et intellige hanc cōclusionē in his q habent eligē iure ꝓprio. Si em̄ aliqs hoc casuū ptingit ei q ex iure duoluto haberet eligere vel puidere. nō ad eum sz ad canonicos a qbus deuolutū fuit ius eligendi. redibit potestas eligendi. vt hic in. g. verbi integrū. Item est hic vna nōbilis glō ponens tpa q̄ dantur a iure ad expeditionem eccīaꝝ. et est in verbo aliā. quā singulariter nō. et vid.

i religiosus si- ne licentia sup̄ioris sui qui ipam dare possit electioni d̄ se facte ad platurā extra suam eccīam pscentit. pscensus nō valet. et electio ipa viribus vacuaī. et vt facili⁹ et celeri⁹ electiones eccīarū expediant statuit papa q superiores ipoꝝ. sine reqsitione suoꝝ capl'oꝝ dare pñt religiosis electis licentiaz pscientiendi. et ad platuras ad q̄s fuerint electi trāseū di. Hoc dicit.

Prima con- Religiosi arbitriū ex sup̄ioris volūtate pēdet nec velle vel nolle habz. Probatur hic in tex. et in. c. non dicatis. xij. q. j. et p cedit cōclusio in actibus legitimis q ad effectū iuris positiui. non aūt in delictis q̄ volūtarie ꝓmittuntur ita p religiosos sicut p alios. c. cū voluntate. de sē. excō. Fallit etiaz in his sine quib⁹ vita hominis naturaliter sustentari non pt. sicut est q reficiātur cibo et potu. q induant vestē ⁊c. Jn illis enim velle habent religiosi et eis ꝓmittitur habere tūc. cum talis volūtas reguletur fm formaz regule. Jta nōt Sens. i extraua. Jo. xxij. que incipit quozūdam. Item si ne licentia abbatis possūt religiosi abbatem ipm accusare et q̄ ad hoc velle habent Item agunt dū sunt i scholis. de q̄ in. g. in. ca. cum pastoꝝ ij. q. vij. de q̄. s. e. q̄rūdam fm Domi.

Secūda con- Pōt religios⁹ eligi ad platurā extra suā eccīam. sz consentire neqt. nisi habeat a sup̄iore licentiā. Probatur hec cōclusio h in tex. a ctrario. et intellige fm moderationē. c. q̄rūdam. s. eo. ti. et. li. et cle. j. e. ti. Quis āt sup̄ior pt dare hāc licentiā? Dic q cōiter per ꝓstitutiones ordinis ꝓuidetur circa hoc. et tunc ille dabit de q̄ disponit ꝓstitutio fm archi. aut nihil de hoc cōstitutione ordinis cauetur. et tūc plat⁹ imediatus monachi. puta abbas eā dabit. vt. lviij. dis. c. j. et tenet Pau. i cle. j. e. ti. nisi monacho. alterius religiōis facerent pfessionem in manibus prelati generalis aut alicui⁹ recipientis nomine generalis. q tunc solum generalis hanc licentiā dabit Jta tz Jo. an. in quodam cōsilio in ti. de regula. c. iij. Et dicit Jo. an. q ad hunc consensum pstandum sufficit consensus solius plati. Tñ si religiosus electus transire deberet ad aliā dioces. etiam req̄reretur cōsens⁹ ipi. p. c. admonet. s. de renū. et hec

de monacho nondū trāslato a monasterio intelliguntur.q̄ si translat⁹ ad aliā eccīam eligitur ꝓsentire pōt sine licentia supioris.quia iam emācipat⁹ est et liberat⁹ est ab obedientia abbatis.c.q̄busl̄ibz.xvi.q.j. de q̄ Jmo.in cle.j.e.ti. Jtē post ꝓsensum monach⁹ sine supioris licētia dissentire nō possz.ꝑ rationez tex.hic.fm Bomi.vacante aūt monasterio hāc ꝓsentiendi licētiā daret epūs cū cōsensu ꝓuēt⁹.xvi.q.j.q̄ vere fm Arch.

Tertia con-clusio est necessaria alicuius licentia q̄n monach⁹ eligitur ad ꝓlaturā in sua eccīa.Probatur h̄ in tex.a ꝓtrario.et sentit hic.g.verbi suā.facit.c.quā sit.xviij.di. Jnno.et ꝓpos.in.c.j.de postu.prela.

Ultima con-clusio Monacho electo ad dignitatē extra suam eccīaz ꝓsentiendi licentiam solus su⁹ superior potest dare nec etiaz sine iusta causa eam poterit electo denegare. Prima pars probatur hic ī fi.tex. Et fuit istud sic ꝓuisum in fauorez eccīarum. Nam alias etiā in licētia eundi ad studium requiritur cōsensus fratrum.vt in.c.ij.j.e.li.ne cle.vel mona. et hoc vt euagandi materia subtrahatur .Quid autem si superior banc licentiam dare nolit .vid.h.g. verbi obtenta.Et dic q̄ aut habet iustam causam denegandi licentiā quia electus est sibi valde vtilis. et non ita vtilis eccīe ad quam eligit. et sic papa solus posset eum ꝓpellē. ad dandum banc licentiaz.ꝑ.g. all. Aut non habz iustam causam quia est valde vtilis eccīe.ad quam eligitur.z non est sibi ita vtilis.quia plures eque idoneos habet.et sic inferior poterit eum ad dandum licentiam compellere et eo negligente eam dare cuz consensu capli sui.arc. sicut vnire. de excess.prela. c.constitutus.de religi.domi. Aut non est iusta causa respectu eccīe ad quā eligitur.quia plures sunt eque idonei eccīe.et sic superior potest compellere.sed non licentiam dare.c.nullus. xviij.distin. Aut est dubium an cā legitima subsit aut non.et sic inferior a papa p̄t compellere.quia denegare non debet sine iusta causa.sed non potest licentiam banc dare sed solus papa.solus tū epūs etiam inuito abbate potest capere mōachū ꝑ suo cubiculario.vt sit testis castitatis sue vite.vt est. glō .in.ca.cum pastoris.ij q.vij.

Allus religiosus potest eligi in abbatez nisi sit expresse professus ordinez regularem.z aliter factum est nullz. potest tamen eligi in regularis aut secularis eccīe epm .etiamsi adhuc nouitij deferat habitum. Hoc.d.

Prima con-clusio Duplex est monachorum professio.tacita videlicz et expressa.Probatur hic in textu. iunc.glō.verbi expresse. Tacita ꝓfessio fit per delationem habit⁹ annalem.de qua habetur in.c.i.j.de regula.et in cle.fi.illo.e.ti.Expressa āt ꝓfessio est illa que fit in manus abbatis aut superioris in cuius manib⁹ consuetudo aut cōstitutio ordinis eam fieri disponit.aut alicuius alterius de ipius mandato.de quo nō. in.c.porrectum.de regula.et in.c.insinuante.qui cleri.vel vo.ꝛc Nec est scriptura de substantia hui⁹ ꝓfessi-

onis expresse.sed potius de solennitate ꝓbatoria.vt postea ꝓfessus nō posset reclamare .vt sentit hic.g.in verbo expresse.in fi.et tenet.g .in.c. ruꝛsus.qui.cle .vel vo.ꝛ.

Secūda con. Nō ꝑt eligi in ꝑlatū sui vel alterius religionis religiosus.nisi sit exꝑsse ꝓfessus.Probatur hic in tex.Et qđ de alia religione dicitur.correctuꝫ est hodie p cle.j.e.ti.quia nec expresse ꝓfessus ad ꝓlaturam alteriꝰ religionis eligi posset.vt ibi.Et ꝓcedit hec ꝓclusio etiam in religione in quibꝰ non ꝓmittunt omnia ꝑalia.vt in militibus beate Marie theutonicoꝝ. Texꝰ eñ hic in ꝓncipio vniuersaliꝫ loquitur nullus religiosus.facit extraua.Jo.xxij.que incipit antiq̄.et qđ notaꝝ.de sen.excō.non dubium ꝼm Pau.et Joh.an.An aūt ꝓsuetudo possꝫ in ꝓtrarium induci .Joh. de sco Georgio vult ꝙ non.de quo hic p Jmo.et Domi.

Tertia con. Exꝑsse religionem approbatā ꝓfessus in ꝓlatum sue religionis ꝑt eligi.nec est necessariū eum etiā ad alteram ecclesiā postulari Probaꝝ hic a contrario tex.Et est contra illos qui dixerunt monachū postulandum .de quo hic in.g. verbi eligatur.Itē ꝛ ꝓtra illos qui dixerunt nullum eligendū nisi esset de illa eccīa .contra quos tex.hic loquitur de monacho qui in epm ꝑt eligi.ad aliam autē religionem monachꝰ esset postulandus.licet exꝑsse fit ꝓfessus.et hoc a papa ꝼm Joh. an.Idem in tacite ꝓfesso ad ꝓlaturam sui ordinis ꝼm Archi.

Ultima con. Religiosus tacite ꝓfessus ꝙnimo et nouitiꝰ per electionem fieri potest epꝰ. Probaꝝ hic in fine.Et ratio diuersitatis habetur hic in.g. fi.

Am expedi

at iura iuribꝰ concordare ꝛ correctiones iuriū (qñ possunt sustinere) vitare .noluit papa ꝙ forme tradite in.c.cum dilecti.s.e.derogaretur .per sequens.c.quia propter Ūñ adhuc hodie valet compromissum factum in aliquos vt ipi compromissarij secrete et sigillatim voluntatibus omnium inquisitis illuꝫ eligant in quem maioꝝ et sanioꝝ ꝑs capli consensit

Prima con. In electiōe cathedraliū ꝛ regulariū ecciaruꝫ per viam scrutinij aut ꝓmissi est procedendum. nisi ex inspiratione diuina vno ore fuerit eccie prouisū Probatur in.c.quia propter .s.eo. Et sic patꝫ ꝙ tm̄ due sunt forme eligendi in dictis eccijs. scz scrutinij.et illa est de nēcitate et ꝑ obseruanda. Ad ꝓmissum enim vno ꝓtradicente non posset procedi.vt in.d.c. quia propter.ibi vice omnium.alias ꝓtradicēs ꝑuaretur voce sua eo inuito.qđ esse non debꝫ.Omnibus autem consentiētibꝰ ꝑt procedi per viaꝫ compromissi.et tunc non videtur nēcaria publicatio .aut alia ī forma scrutinij seruanda.Qđ aūt ꝺ inspiratione dicitur in.c.quia ꝓpter.intelligit Jnno.ꝙ ꝓprie inspirationis via non sit forma.sz exceptio a formis.qđ sonat tex.ibidē .dum dicit.

nisi forsan ab omnibus ꝛc. Et ratio est quia que a deo fiunt non recipiunt formam aut legez ab homine. c. licet. de regularibus

Secūda con- Uia scrutinij ꝛ cō promissi pñt adinuicē permisceri. ꝛ ꝓmissarij ptās circa electionez faciendam ꝑt fm formā huiꝰ tex. limitari et artari. Probatur hic in tex. et in. c. cum dilecti. s. e. Ex quo patz ꝙ vbi ius dat certas fōrs ad actuz faciendum. non dicitur fieri ptra illud ius. si ille forme simul misceant qđ verum si ex tali mixtione nō resultatt alia species noua. secus si resultare alia species. vt in. c. si cui. s. eo. Ui patz ꝙ forma hic in tex. tradita non est noua forma seu alia a formis traditis. in. c. quia propter s. e. Et sentit hic. g. penul. quia ē forma ꝓmissi determinati. Idez tenet Jo. mo. Jmo. et Domi. Si enz dicerem⁹ ꝙ esset noua forma. tūc cōtra ꝓciliuz. c. quia ꝓpter. essz ista alia forma. Et quia illud ꝓciliuz irritat alias formas esset nulla. contra hūc tex. qui eaz approbat. ergo non cenſetur alia forma. Archi. tenet ptra.

Tertia con- Uno de capituło cōtradicente aut dissentiēte. non ꝑt ꝫ forma cōpromissi. de qua in tex. impediri. Ita tenet hic Lapus abbas licet aliud sit in simplici ꝓmisso vt. s. dixi. Et ratio est quia hoc casu nullus de capitulo priuatur vice sua. imo coꝛ omnium recipitur sicut in scrutinio. Ideo tenetur sequi maiorem partem banc formam eligentem. qđ nō ad limitationē. g. c. quia propter. s. e. in verbo vice omnium Et ideo dicit hic. g. in verbo inqsitis recōmendans hanc formam cō promissi. ꝙ hic sit vtilioꝛ et melioꝛ forma quā hodie habemus. quia eē magni iuriste in forma scrutinij errant et simpliciter cōpromittendo non sunt eligentes semp contēti ius suū omnino in alios transferre Et sic per hāc formaz vtile est procedere. Et aduerte ꝙ in hac forma collatio votoꝛum fieri debet. qđ hic tex. satis insinuat. sufficit tamen aliqlis collatio fm Jo. mō. nec requiritur ita plena sicut in forma scrutinij. fm Jo. mona. et forte sufficit ꝙ fiat per ipos compromissarios

Ultima con- Coꝛrectiones iurium sunt vitande et ibi fieri pōt. contrarietates iurium sunt ad concordiam reducende. Probatur hic et in. l vnica. C. de inoffi. do. Distinctionibus enim iura sunt adiuuanda si videantur contraria. c. litteras de resti. spoli. facit. c. cum tu. de testi. ỏ quo hic in. g. ij.

Am non de- ceat alicui suū officium esse damnosum statuit papa ꝙ missi ad sedem apostolicaz pro negotio electionis instruendo fm formam. c. cupientes. s. eodem. debeant in veniendo ad curiā in ea moꝛando aut ab ea recedendo quo ad perceptionem fructuum censeri residentes in ipis eccijs quaruz prosequūtur vtilitates. et quotidianis distributionibus exceptis. pcipere integre omnes fructus quos percepissent si in eccia personaliter resedissent. nō obstantibus quibuscunqz cōtrarijs cōsuetudinibus statutis aut priuilegijs. Hoc dicit.

Prima con. Missi p eligētes ad curiā p instruendo negotio electiōis hoc gaudent ꝓuilegio. ꝙ omnes fructus ꝓcipiunt quos recipent si residerēt in eccīa seu būficio ꝓbatur hic in textu. et declaratur ꝫ p glō. verbi residendo. quia si residēs in eccīa ipa ex ꝓuilegio eccīe aut ꝑsone sue concesso potest percipere fructus aliorū beneficiorum suorū eiusdem ciuitatis aut diocesis. tempore quo ꝓsequitur negotiū electionis eosdem ꝓcipiet. qō hic tex. voluit Idē intellige ꝫ opponentib⁹ aut missis ab eis si sint de eccīa. Sm doctō. Sz aliud est in electo q̄ ad curiam venit. talis em̄ artatur venire et venit causa ꝓuij cōmodi. Ideo fructus in absentia non percipiet. p ea que hic habentur in .g. verbi de causa

Secūda con. Licz instructores ad curiam missi censeantur residentes quotidianas tn̄ distributiones non habebunt. cum non censeātur diuinis ipis interessentes. ꝓbatur hic in tex. Tn̄ absens ꝓ vtilitate eccīe fingitur residens et fruct⁹ integre ꝓcipit. c. ex parte. de cle. non resi. Non tn̄ propterea debentur sibi quotidiane distributiões. Tales em̄ non debentur propter solam residentiam. sed propter diuinorū interessentiaz. vt in. c. vnico. ꝯ. de cle. nō resi. et hic in glō. verbi exceptis. Si tn̄ dentur distributiones hmōi procurantibus vtilitatem eccīe. non tenentur ad restitutionem earum. vt in. e. c. vnico

Ultima con. Statutū eccē ꝓuilegium aut ꝓsuetudo non ꝑiudicabit instructoribus missis ad curiam in hoc ꝓuilegio. ꝓbatur hic in fi. tex. quod verum nisi essent statuta consuetudines. aut ꝓuilegia firmata iuramēto per ist os missos. quia tunc propter iuramentuz seruanda essent etiam hoc casu. Sm glosam finalem hic. Ex qua videt ꝙ si ius reuocat statutuz. non intelligitur reuocatum statutuz iuramēto firmatum. per glosaz hic. facit. c. sepe ꝯ. eodem. vbi de iuramento fit mentio in reuocatione statuti iurati. et sequitur Johañ. de imol. quia alias non videtur de mente reuocātis fuisse ꝙ statutum iuratum reuocare velit. Alij contrarium tenent per verba generalia textus quibuslibet statutis ꝛc. que videntur multum facere ꝓ eis. Sm Johannem anō. qui tamen dicit ꝙ glosa hic ꝓcedit fortius quando expresse et seꝓaratim iurassent canonici seruare quod continetur in statuto. ō quo per eū in. c. ꝯ. de his que fiunt a mapar. capitu. et illud sequitur Paul. quia hoc casu subest duplex vinculum. scilicet statuti et iuramenti. ergo vno remoto remanet alterum. secus si simul iuratum fuisset. allegato. c. venerabilem. in fine. supra eo. et illud sequitur etiam Domiñ. qui dicit illud esse notabile. allegans ꝓ hoc. c. ꝯ. s. e. libro. de cōsti. vbi ad statuta tollenda per ius cōmune requiritur. de illis fieri mentionem. non autem de modis quibus firmant. Aliud tamen est in litteris papalibus. ꝙ si per illas reuocentur statuta aut consuetudines firmata iuramento non intelliguntur reuocata nisi id exprimatur. quia ille litte

re tanꝯ odiose restringuntur. Ita notat Johañ. an. in. c. j. infra de fili. presby. e. li. Dicit etiaz hic glō. in fine ꝙ si missi ad curiaz exquo fructꝰ percipiunt in absentia sicut alij tenentur etiam conferre ad expensas et concordat Joh. mona. non tamē tenentur primo expendere fructus suos et residuum ab ecclesia petere ne labor eorum sit sine fructu. ſm archidia. et sequitur Pau.

Ex principio textus allegatur q̄ tidie. ꝙ officium suum nemini debz esse damnosum. et glosa allegat concordantias

Beo qui cō-

tra electum aliquez promouendum aut postulandum ad aliquam dignitatem inter cetera opponit aliquem defectū persone aut scientie manifestum aut euidentem. non admittitur penitentia aut oppositionis reuocatio. quia si in probatione deficit puniri debet vt secludatur a prosecutione processus. et vltra puniatur ac si in probatione omnium que sibi obiecerat defecisset. in preiudicium aduersarij penitere et desistere nequibit Hoc dicit

Prima con-

Euidentem opponens defectum scientie aut persone contra promouendum ad dignitatez vlterius nequit penitere Probatur hic in textu. Unde patet ꝙ vbi ex probatione ius quesitum est aduersario. non potest proponens illam reuocare. facit clemen. constitutionem. ℣. penultimo eodem titulo. imo plus hic probatur videlicz ꝙ vbi quis in articulo ꝓponit plura quorum vnum venit qualificatiue ad reliquum oportet vtrunqz probare. nec potest reuocare alterū etiam qualitatem. de quo in. c. licet causam. de probationi. Et dicit Johannes monachi illud verum. vbi detractio qualitatis obesset aduersario. secus si ei prodesset. quia tunc permitteretur detractio illius. vt in l. si delictis. ℣. si detracta. ff. de noxalibus. vbi agens contra dominum ex delicto serui si dixit dominuz scientem potest pendente iudicio reuocare scientiam domini quam allegauit. hec enim detractio non obest domino. contra quem agitur ꝙ ea detracta potest dare seruum pro noxa. qō alias non posset. vt Insti. de noxa. in prin. et ibi glō.

Secunda con-

z finalis

Consentiente iudice et aduersario possit reuocari euidentis defectus oppositio. Probatur hic in glosa finali et concordat Archidi. Altero eorum igitur dissentiente aut contradicente id non posset opponens facere. etiamsi fecisset protestationē consuetam poni videlicet istaz Saluo iure addendi. mutandi. minuendi. corrigendi. declarandi ꝛc. Talis enim protestatio modicum aut nihil operatur. vt notatur in. c. inter dilectos. supra. de fide instrumen. z in. c. cum contingat. de officio dele. et de hoc per Balō. i. l. edita. C. de eden. et hic Domi.

xeo quod ca nonicus impubes ad electi onem cum alijs canonicis non vo catur nec admittitur electio non an nullatur .nec ꝑt de contemptu agē. exquo eñ caret diſcretione .non ꝑt habere vocem in electione. Jn eccle ſijs eē regularib⁹ ſeu monaſterijs nō profeſſi tacite vel expreſſe .vel etiaz laici cum clericis.electionib⁹ neque unt intereſſe Hoc dicit

Prima con. Cano nic⁹ im pubes non habet vocez in capitulo nec ꝑt agē de ꝓtemptu.ſi eo non vo cato fiat electio. Probatur hic in ꝓ ma parte tex. Et rōnem reddit tex. quia talis diſcretiōe caret. Tales eī in electionib⁹ eē non debent.vt hic ꝓbatur. Et ꝓterea etiā furioſi non debent intereſſe.vt hic in glō.verbi diſcretione. Quis aūt dicitur impu bes.dicit hic glō.verbi pupillare.q maſcul⁹ minoz ꝗttuordecim ānoz̄ et femina minoz duodecim annoz Nec hoc caſu malicia ſupplere pōt etatē. ſicut nec in tutela.vt Jnſti.q mo. tu.finitur.in ꝓin .licz aliud ſit in matrimonio carnali Ratio diuer ſitatis eſt.q in carnali matrimonio pubes dicit.qui generare poteſt.c. puberes.ſupza de deſpon .impube. Et ſic ibi determinate numerus an noz̄um non curatur. Jn electione aūt et tutela a iure certa eſt etas de terminata.et illa ſpectatur .Jdez in ꝓfeſſiōe facienda.vt tenz.g.in.c.cuz virum de regula.ſ̄ .Ex hac ꝓclone eē ꝓz et tex.hic q non habēs ptātē vocis dande in electione non ē vo candus ad electionem.et concoz.c. cum inter vniuerſas .c.q ſicut.c.in geneſi.ſ̄.e.De alijs differentijs ma trimonij carnalis et ſpiritualis.vi. Jo.an.in.c.tue . de ſpon.

Secūda cō. Pubes ſi ē canonicus vocem habz in electione ꝓlati ſeu pontificis. Probatur hic a contra rio textu.qō hodie intellige verum ſi ſit in ſacris.et alias non.vt in cle. vt bi.de eta. et qualita. Et ſic videt q hodie debeat eſſe ad minus in de cimooctauo anno .cum non poſſit ꝓius in ſubdiaconum ꝓmoueri. vt in cle.fi.de eta.et quali.

Tertia con. Preſentat⁹ a pupillo maioꝛi ſeptennio ſi eſt dign⁹ ꝓfer tur preſentato per patronum Pro batur hic in glō.verbi ſuffragium. in fi.et fuit qō dominicalis Bar. brixieñ.lxxvij.et ꝓbat.c.decernim⁹. xvi.q.vij. Jtē q talis ꝓtrahit ſpōſa lia licz non mr̄imoniū ꝑ.de deſpon. impu.c.vnico.et ſic licz eligē nō poſ ſit.vt hic pz.pñtare tñ ꝑt.q ꝑ pñta tionē nō ꝓtrahit ſpūale mr̄imoniū ſicut ꝑ electionē. Jta tz arch.in.d.c. decernim⁹. Jdē Pau.de leaza.q diſ putauit hāc qōnē.nullo eñ iure ca ueē q tutoꝛ admiſtrat ſpūalia.g nec ſpūalib⁹ ānexa.vt ē ius pr̄onat⁹.c. decernim⁹.et.c.q̄nto.ſ̄.de iudi.

Quarta ꝯ. Nō ꝓfeſſi ta cite vel expſſe ī regulari eccā vna cū ꝓfeſſis ñ pōt eligē Probaē h ī ſecda ꝑte tex.qō ve rū ſi eēnt clerici.fm Jo.an.aut eē no uicij.vt h̄ ī.g.vbi.tacite .qō vez niſi d ꝓſuetudie aut ꝓuilegio aut pacto ī fūdatiōe appoſito ſecularis cleric⁹ ī electiōe abbat. aūt eccē regularis hīet inteſſe qō eē ꝓt fm Hoſti.in.c. ea q̄ ad fi.ꝑ.d ſta.regu. Rō aūt ꝓclu ſionis et textus eſt fm Archidi.quia abbas per monachos eligi debet

xvij.q.ij.abbatem.non ꝓfessi autez tacite vel expresse non sūt monachi quia ad seculū redire pñt .de gratia tñ pñt tales admitti.et tunc eoꝝ voces valent.quia ꝛ extraneis ꝑt tota electio per electores ꝓmitti.vt in.c. causam.s.e.fm archi.

Ultima con- clusio. In eccīa regulari non debent laici ꝓuersi cum clericis ꝓuersis interesse electioni prelati Probatur hic in fi.tex. Idem in cōuersis laicis in eccīis secularib⁹ fm Archi.quia ex conuersiōe hmōi nō videntur ꝓtinētiā v quisse aut ꝓpijs renūciasse.xvij.q.j.vt lex.Et istō hodie satis patz cum non sint in sacris p.c.fi.de eta.et quali.Et limita hāc ꝓclusionem ꝓcedē qñ in eccīa sunt clerici et laici.et agitur de electione ꝑlati ipius eccīe qui debz esse sacerdos.fm Jo.mō.ꝛ Archi.et ꝓbatur in.c.j.de eta.et qli. secus vbi essz cōgregatio secularium tm̄.vt patet in hospitalibus et simílib⁹ pijs locis tunc em̄ tales laici pñt eligere rectorem seu magistrum.quia talis pōt esse laicus.exquo nō instituitur ad diuinoꝝ celebrationem.ꝛz ad aliquē alium piuz actū.puta redemptionē captinoꝝū.hospitalitatē.subsidium terre sancte.aut simílem. ita voluit hic.g.penul.ꝛ concor.doc.Scdo limita verā ꝓclusionem nisi ex ꝓsuetudine antiq̄ ꝛ prescripta laici conuersi cum clericis haberent interesse electioni.talis em̄ ꝓsuetudo valeret. nec est correcta per hūc tex.et hoc ꝓbat hic .g. finalis

J postquam appellatum est in scriptis. et exp̄ssa ꝓbabili causa ab electione in cathedrali vel regulari eccīa facta.ordinarius ipm electuz confirmet .non valet ꝓfirmatio.tanq̄ ab eo qui ꝓfirmare non potuit facta.nisi legitime recessum fuerit ab appellatione sua hoc primo. Elect⁹ qui tenetur venire ad se.ap.iurta tenorē .c.cupientes. supra eodem ad proequendam electionem non debet recedere de curia ante finem negotij .nisi de pape licentia .quia hoc erat de mente dicte constitutiōis .Si secus igitur fecerit.electio eo ipo est nulla .hoc secundo.Debet etiaz obseruari decretalis cupientes.supra eodez .tam in veniendo ad curiam mittendo .et alijs que habentur in ea .quando appellatur ad sedem apostolicam a ꝓfirmatōe electōis aut ꝓuisiōe per eum facta.ad quez propter inferioris negligentiam potestas eligendi est deuoluta. Hoc dicit .Et prima pars respicit materiam.c.q̄uis.s.e. Due alie partes respiciunt.c.cupientes .s.e.

Pria ꝯ- clusio. Pendente appellatione in scriptis ꝛ ex causa ꝓbabili ad electionē cathedralis eccīe ad papam interposita suspēsa est iurisdictio iudicis inferioris adeo ꝙ confirmatio interim p eum facta est nulla .Probatur hic in prima parte textus.et in.c. q̄uis supra eodem titulo. Ratio dubitandi fuit quia regulariter attempta ꝛ tata post appellationem extraiudicialem aut ante diffinitiuam in iudicio interpositam non reuocātur tanq̄ nulla nisi primo constet de veritate cause appellatiōis.vt ī.c.inē

posita.s̄.de appel.c.non.soluz.ij.rñ. j.de appel.ergo idē videbaī ḃ.q̄ vi/delicet nō devolverit appellatio cāz q̄ us ex causa ꝓbabili inꝑposita el set.nisi etiā vera essz.vt hic in.g.ver bi ꝓbabili.et sequeñ.Sz ꝓtrariuz ḃ decidit.Et rō decisionis et spēalita tis est triplex.vt hic in.g.verbi sedē aplicam.Et ꝓcedit ꝓclusio hec sive appellatio sit extraiudicialis sive iu dicialis añ sñiam.et fortius si post sñiam.quia illa appellatio fortioz ē c.solet j.ō appel.dūmō appellatio sit insinuata ꝑti z iudici.iuxta.c.si duo bus.s̄.de appel.et cle.cām j.e.ti.ī cle. Jtē ꝓcedit etiā hic tex.et ꝓclo ī po stulatione.fm doc.

Secūda con. Electus q̄ artaī fm formā.c.cupientes.s̄.e.ad sedez apostolicā venire debz negotiuz ꝓ sequi.et vsqz ad finem ibi manere.q̄ hoc est de illi⁹ ꝓstitutionis mente. Uñ si iñ licētia negotio ñ expedito recesserūt.electio vacuatur ipō iure Probatur hic in versi.si elect⁹.et sic patz q̄ ꝓstitutio etiā penalis ꝓut ē decre.cupientes.s̄.e. extendit ad id qō est de mente ipi⁹.q̄ ita punit qui mētē legis offendit.sicut qui verba eius et mētē simul offendit.vt in re/gula certū est j.de re.iur].imo dicit hic.g.in verbo mente.q̄ non dicit lex extendi ad id qō erat de mente. qō nō.et vid hic latius Joh.an.in novella.et Domi.q̄ duo ꝓsequitur. An sp in penalibus mens' legis sit sequēda.Scōm ē quid dicatur de mente legis.exquo rō dubitandi et decidendi scōi dicti tex.Scōo pz q̄ citat⁹ ad actum faciendū intelligit citatus vt stet donec actus ꝓficiat. etsi prius recesserit sine licentia cō/tumax reputatur.facit.c.j.s̄.ō iudi. Sz an elect⁹ ex causa possit recedere sine licētia sive pena istius decre.vi/de hic per Jo.mō.Sar.et Arch.

Tertia con. et vltima Decre.cu/pientes.s̄.e.locū habet nedum cum appellatur ab electiōe.sz etiamsi ap/pelletur ab inferioze a papa ꝓfirma tione aut prouisione.Probatur ḃ in fine tex.Rō dubitandi et decidē di in hoc dicto patz ex.g.fi.et pe nultima

c **ū ex eo quod**

habes in.c.licz canon.s̄.eo. q̄ ꝓnotus ad eccīam parochialez teneaī infra annū ad sacerdotiuz ꝓ moueri et personaliter residere.ali qui recusent habere ecclesias paro/chiales.exquo facultatē legendi et ꝓficiendi nullaz haberent.Quia tamen vniuersalis ecclesia ad sue re gimen viris litteratis permaxime noscitur indigere.Statuit hic pa/pa q̄ episcopi et eozum superiozes cum his qui obtinent ecclesias pa rochiales sibi subiectas dispensare valeant libere.q̄ vsqz ad septenniuz possint litterarum studio insistere. et q̄ teneantur infra illud tempus nisi subdiaconatus ordinem recipe re ad quem infra primum annum debent promoueri.alias ipso facto sunt priuati.durante autem huius/modi septennio debent episcopi et dicti superiozes prouidere.vt eccle sijs deseruiatur in diuinis.per bo/nos et sufficientes vicarios.quibus necessaria de ecclesiarū ꝓuentibus mistrenī.Elapso āt dco septēnio ō/

bent illi cū quibus fuit dispensatuz ad diaconatus et p̄sbiratus ordines p̄moueri infra ānū.alias penaz dī c.licet canon incurrunt ipso iure. Hoc dicit

Pria . p̄ōt epūs aut superioz epo dispē/sare cum clerico ecc̄iam parochialē sibi subiectā hñtem cā studiozum.q̄ infra septēniū non teneatur p̄moueri ad sacerdotiū.dum tñ infra p̄mū annū recipiat subdiaconatū Probatur hic in tex. Permittit autez epis dispensatio septēnis circa ordines. nō aūt minozes epis id pūt.vt hic i g.verbi epi. Et q̄ hec dispensatio ē iurisdictionis.sic eā facere p̄t electꝰ p̄firmatꝰ.licz nōdū p̄secratus. Item admīstratoz datus ecc̄ie vacāti. vt in.c.is cui j.e. Itē 7.c.sede vacāte vl̄ q̄si vacante.c.penulti.in fi.j. de sup. neg.p̄lato. Et hoc casu et in alijs in q̄bus epo p̄missuz est dispensare solus epus sine p̄sensu capli sui eaz facere p̄t.fm.g.hic in verbo epi. quā doc. intelligunt verā ō p̄suetudine. de iure eī requireret p̄sensus capli.7 tz Archi.in.c.i j.de fi. p̄by.et.g.j.q. v.p̄titium.et hāc dispensationem factam non posſz reuocare epus sine causa.fm.g.hic in verbo septēniū.

Secunda con. Si fi/at huiusmodi dispensatio. in loco studij vniuersalis cum eo cui collata ē parochialis ecc̄ia.nō intelligit dispensatū sup absentia. Ita tenēt hic doc. erq̄ potest studere residendo.et residere studendo.secus si cum eo q̄ habet bñficium extra locum studij fiat hmōi dispensatio. q̄ talis includit dispensationē sup absentia vt scz vadat ad locum studij vniuersalis.alias si p̄trariuz diceretur dispensatio redderetur inutilis.facit.c.si papa.j. de p̄uile. Tñ quia dispensatio ē stricte intelligenda.c.j.et.c.ij.j.ō fi.p̄by. Ideo vtile est exp̄rimi q̄ etiā superi or dispenset sup absentia fm Joh. mō.qō etiam nc̄ariū essz qñ p̄suetudo aut statutū disponeret super absentia.quia in dubio superioz non intelligitur dispensare contra statuta ecclesie aut consuetudinem .arg. c.j.ō.e.li.de consti.

Ultima con. debz superioz p̄uidere de cura et seruitio debito ecclesijs.quādo earum rectores sunt in studijs. Probatur hic in fi. tex. Inferiozes aūt prelati vt rectores cum quibus dispensatum est super absentia causa studij hanc curā parochianozum suozum alteri committere non possunt fm Ray.in sūma sua.de peni.et remis. Idem si alias essent absentes ab ecclesia sua.q̄ ad spectat ad episcopum. vt hic.qō verum nisi ad modicum tempus id facerent.qō possunt puta ad tres septimanas ex iusta causa .Ita disputando fuit terminatum Bononie p c.si quis in clero.vij.q.j.de quo Joan.in.c.iij.supra.de offic. vicarij. et Guil.in cle.vnica.j.e.ti.de offi.vica. Et illud est de iure verum.licz nūc videamꝰ seruari p̄trarium

Omissa ali cui ecc̄ia parochialis ,non dicitur vacare ante lapsum totius anni.q̄uis tātū de āno transiuerit q̄ infra ip̄m non possit ad sacerdotiuz p̄omoueri nec alteri potest antea eo inuito p̄ferri.ānꝰ āt currē ici

pit a tpe cōmiſſi regiminis et ipius habite pacifice poſſeſſionis. nō aūt currit a tpe quo qs eſt iuſte impeditus. ille aūt qui infra dictū tempus ad ſacerdotiū non eſt ꝓmot⁹. et ꝓpterea a iure eccīa ipa eſt ꝓuat⁹. nō poterit eadē vice iterato ꝓferri. vt non verbis ſz reb⁹ lex videat imponi. Ceterū q non intendit ꝓmoueri ad ſacerdotiū et tñ eccīam parochialē recipit. vt fructus ex ea p annuz pcipiat. niſi mutata voluntate ꝓmotus fuerit ad receptoꝛiuz fructuū reſtitutionē teneť. Et ille q tali eccīaz ꝓtulit ſciens eum non velle ꝓmoueri ad ſacerdotiū. ꝑter diuinā quā incurrit offenſā obligat⁹ eſt eccīaz cō ſeruare indemnē. Hoc dicit

Prima con. ꝓmot⁹ ad parochialē eccīam ſi nō ꝓmoueť īfra ānū ad ſacerdotiū. eccīa non eſt ꝓuatus. niſi totus ān⁹ eſt elapſus. Probatur hic in ꝓn. tex. Et rō dubitandi et decidendi patz hic ex. g. verbi elapſ⁹. Ex q patz iūc. tex. hic q vbi pena imponiť ex nō facto infra certū temp⁹. pena nō ꝓmittiť. niſi ex toto temp⁹ ſit elapſū. Et facit appellatus non ꝑt petē executionē ſnie añ finē āni dati ad ꝓſequēdū appellationē. licet tātū de tpe anni ſit elapſuz q infra ipm non poſſz appellationē ꝓſequi. qđ tenet Goffred. in. c. irrepreh̄enſibilis. s. de appella. licet Hoſtien ibi tenuit ꝓtra. Et rō efficax q re hic finis āni expectatur eſt. quia vltimo die poſſit obtineri diſpēſatio epī ad ſtudiuz ſm formam. c. s. ꝓri. verſi. forte pape.

Secūda con. Currit autē iſte ann⁹ a tpe q ꝓmotus ad eccīaz parochialē habz aut habere ꝑt pacifi cam poſſeſſionē regiminis. licet etiā nō pcipiat būficij fruct⁹. Probať h in verſ. ann⁹. iūc. g. verbi pacificam Tñ ſi fruct⁹ eccīe alteri debeanť ex ꝓſuetudine aut ꝓuilegio. forte ad q̄n quēniū. vt in. c. ſi ꝓter. s. de reſcꝛ. ni hilomin⁹ tñ teneť iſte a tpe q hz libe rū cure exercitiū aut p eū ſtat q minus habeat ad ſacerdotiū ꝓmoueri. ſm arch. h. alias loc⁹ erit pene ꝓnatiōis. vt h. et archi. xxiij. di. in nomine dñi. et Pan. in cle. ſi. ō. eta. q̄u. Et idē intellige in oīb⁹ hūtib⁹ būficia aut officia in eccījs q hñt certuz ordinē de iure ꝓſuetudine aut ſtatuto annexū. q a tpe habite poſſeſſionis pacifice aut officij ad ordinem illū ꝓmoueri debēt. Ad hoc tñ q ꝓmot⁹ ad būficiū ꝓueť ꝓmo incōpatibili ipo iure reqriť eē pacifica pceptio fructuū. aut maioꝛis ptis. vt ē tex. in. c. ſi tibi ꝓceſſo. j. ō pben.

Tertia con. Nō currit hoc temp⁹ vnale iuſte impedito. nec ꝑt cōferri eccīa pochial' ō nouo ei' q a iure ea ꝓuat⁹ ē. q. j. ānū ñ ē ꝓmot⁹ ad ſacerdotiū. Probať h ī verſ. ān⁹. et ſequē. Et de iuſtis ipedimētis dat tria exempla. g. h ī verb. ipedimēto. ⁊ tz q elapſo ān̄o ceſſāte impedimēto ſi rector nō ē ī ſacerdotio ꝑt ꝓferri altēi eccīa eo nō vocato. et hoc cautū ē ſm Lapū. Et ita cōiē fit ī ꝑctica. p hoc eñ ꝓfirmat collator ius ſuū. q de iure ꝑt ꝓferre vt h patz. Nō ſcde ptis pcꝛonis ē ī tex. q alias verbis tñ lex eſſz īpoſita. qđ eē nō dz put hic habetur. et in concoꝛ. hic. in. g. verbi faciendum allega. nec debet lex eſſe ludibꝛio id ē digna haberi ludo et ptēptu ſm Arch.

Ultima con. Recipiens fructus eccie tenetur ad restitutionem si se non velle clericari in mẽte gerebat.et tñ eccĩam tenuit.nec ordines vt debuit recepit. Probatur hic in versi.ceterũ. A ptrario ergo patz q si iste postea mutata volũtate ordines recepit.fructꝰ pceptos restituẽ non teneꝫ.vt pbat hic.tex.

Jabbatez ec clesie romane ĩmediate subiectũ ptingat eligi in epm.non est illud illicitum.non potest tamen sibi dari licentia suũ deserẽdi monasteriũ ab alio q̃ a papa.aut apo.se. legato de latere misso. legatus etiã de latere qui maius in prouincia sibi decreta post romanuz pontificẽ habet imperium.electiones archiepiscopozum epozum et exemptozuz potest confirmare.alius autez legatus id non potest.nisi ad illd habeat spẽale mandatum. Hoc dicit.

Dria . Quilibet prelatꝰ episcopo inferioz etiamsi sit exemptus.potest ad aliã dignitatem eligi et non postulari. Probatur hic in textu qui ad hoc solet allegari. Dignitati autez episcopali alligatus postulari debet et non eligi.c.finali.s.de postula.prelato.et ibi patet ratio diuersitatis. et ratio dubitandi ꝛ decidendi .pz hic ex.g.verbi elegistis

Secũda con. Exemptus iepiscopum electus non potest desererе suam ecclesiam.nisi a papa aut legato de latere transeundi habeat licentiam. Probatur hic similiter i textu. Nec sufficeret hoc casu tacitꝰ consensus pape aut legati.fm archidiaconum.quia textus hic prohibz transitum nisi habita licentia .facit nota. Johañ.and.in questioñ .mercurialib.super regula cum non stat ff.de regu.iur]. Ex quo patet q̃ legatus de latere potest se intromittere de exemptis et sedi apostolice ĩmediate subiectis. Unde appellatione sedis apostolice comprehenditur legatus de latere.quod̃ verum nisi ponatur verbũ apostolice sedis in materia reseruata specialiter pape .tũc enim solus papa designatur. vt in clemen.quia contingit .et ibi glo.ꝺ religio .domi .vel etiam nisi adiiciatur verbum restrictiuũ.puta dũtaxat.quia tunc non comprehenditur legatus etiaz de latere fm Pau. hic Sic et vbi diceretur sine licentia pape aut nostra.tunc enim non sufficit licentia legati.vt.s.eodez cupientes.vbi dicitur coꝝ nobis. Et hec faciunt q̃ si papa dicit reseruata nobis absolutione talium excõicatozum.q̃ penitentiarij pape non possunt illos absoluẽ fm Pau.et sequit Lapꝰ in .cle.grauis de sen.ex.

Ultima con. Legatꝰ de latẽ potest electões epozum.archiepozũ.ꝛ exẽptozũ ꝓfirmare.aliꝰ legatꝰ illud nõ pt.nisi ad hoc habeat mãdatum spẽale. Probaꝫ ꝟ in fiñ.tex.et rõ ponitur in textu.

J cópromis- sarius electus ad prouidendum ecclesie infra tempus iuris eligere negligit. in superiozem

potestas eligendi devoluit. Si aũt eligit sed indignũ scienter aut ignoranter non ad superiorẽ sed ad cõ promittẽtes revertitur. nisi in talez scienter consensissent. quia dol' aut culpa compromissarij nõ debz eis qui in nullo peccaverunt imputari tt idem si ꝓmissarius idoneum elegit. sed ille ꝑsentire renuit. Porro ꝓmissario eligente indignuz scienter ipse et non compromittentes (nisi consentirent) a suis beneficijs per triẽnium est suspensus. Talis tamẽ pena in eũ compromissario non habet locum. quia eũ nullam penaz suspensiõis a iure impositam incurrunt nisi de eis fiat mentio in iure specialis. non bz ec̃ locuz ꝟ pena. nisi i electiõib' eũ ꝓxi supiorũ Et ad bñficia que sic peccans in illa obtinet ecc̃ia restringitur. et idẽ intelligendũ de bñficijs eius. q̃ deficit in probatione illius qõ obiecit in personam electi aut promouẽdi. Hoc dicit vsq; in finẽ

Prima con. Si compromissarij ad eligendum dati fuerint negligentes. ad superiorem devoluit ecc̃ie provisio. secus si delinquãt in dignum eligendo. quia tũc ad compromittentes iterum spectat electio Probatur hic in tex. Nõ diversitatis est. quia ꝓtra negligentiam compromissarij poterant compromittẽtes sibi providere non dando compromissario totũ tempus iuris qõ habebant aut sollicitum eligendo. vt hic in glõ. verbi trãstulerũt. ergo si illud non fecerunt eis imputatur Si aũt totum tẽpus iuris eis dederint aut simpliciter ꝓmoti erunt. tunc re nõ existente integra. nõ possunt potestatẽ eligendi revocare. vt nõ. glõ. añpenul. in. c. in causis. s. e. titulo. sed contra doluz ꝓmissarij sibi non poterant providere. Ideo talis eis nõ imputat. Item alia rõ est quia factuz ꝓcuratoris in omittendo nocet domino. non aũt factũ eius in ꝓmittendo. nisi dñs id ratũ habuerit. fm Archid. et glõ. hic in verbo transtulerunt. Dicuntur aũt compromissarij negligentes. qñ infra tempus iuris prętermittunt eligere nullo legitimo impedimento detenti. alias secus. Probatur in. c. quia diversitatem. s. de ꝓcess. pbẽ. c. cum ex eo. in fi. et. c. cõmissa ℣ porro j. e. fm Jo an. Et scdam partem intellige de indigno electo a cõpromissarijs in dignitate expressa. in. c. cum in cunctis. s. e. fm Joh. an. in questiõe mercurl. posita sup regula odia j. de re. iur. Tunc eĩ ad cõpromittentes redit potestas eligendi. nisi ipi scienter hanc electionem ratam habuerint. quia tunc alienam facerent suam. vt in. l. si ꝓcurã. ff. de ꝓdic. indebi. et hic in tex.

Secũda con. Devolvitur potestas eligẽdi ad supiorem etiã si negligentia ꝓmissarij sit fraudulosa. Probatur hic in versi. idem iũc. g. in verbo negligenter Exquo patet q̃ lex imponens penam negligẽti actum facere infra certum tẽpus ꝓrebendit sub negligente negligẽtiam etiã dolosam. qõ nõdum

Tertia con. Si cõpromissarij infra tps debituz elegerunt dignum. et ille recusat consentire debz potestas eligendi ad compromittentes redire. Probatur hic in versi. idem

iuncta gl.verbi consentire.qui intelligit illud verum.nisi eis fuisset data potestas eligendi semel et pluries.q̄ tunc forma mādati esset ꝓuanda. nec vnica electione ꝓsumpta eēt eoꝝ potestas.Ex quo patet q̄ vbi eligendi ptās alicui datur ab homine vt ip̄ curatore et compromissario.tūc vnica electione ꝓsumit potestas illius.licet non sortiat effectū vt hic probat nisi aliud importarent v̄ba ꝓmissionis seu mandati.vt iam dixi per glo in verbo ꝓsentire. Secus autem vbi ptās eligendi ꝓpeteret alicui a iure ꝛ originaliter.nō ex accidenti vt in canonicis alicuius eccīe. Tunc enim si prima electio non sortiē effectuz nō ē ꝓsumpta eoꝝ ptās.sed possunt de nouo eligere et variare. vt i.c.si electio. s.eo.Vbi aūt a iure et ex accidenti ꝓpter videlicet negligentiā inferioris alicui ꝓpetit ptās eligendi. tunc vna electio etiam ꝓsumit potestatē illius ꝑut nōt glo.añpenū.in dicto.c.si electio.Et hec faciunt q̄ vbi dat alicui ptās exercēdi certos actus nō potest iterare illos.etiamsi primus act⁹ non teneat.Itē q̄ vbi delegat⁹ ꝓfert sententiā diffinitiuā etiā nullā. non pōt ampli⁹ se intromittē.quia functus officio suo siue bene siue male. de quo in.c.lris.supꝑ de off.delegl.

Quarta ℭ Compromissa+ris scienter inducentes eligentes a beneficijs ecclesiasticis que in illa obtinent ecclesia p trienniū sunt suspensi.nō autē ꝓmittentes nisi ratuz habuerint electionē hmōi.Probat h̄ in ℱ.porro.Et ratō pcōnis habeē hic in tex.q̄ nemo debet alterius odio p̄ grauari. ad qđ h̄ tex.solet allegari.et ꝓcordātie sūt i gl verbi nō ꝙuenit.Et durāte hmōi suspensione debent suspensi fructib⁹ ecclesie sustentari si egeant.ne in opprobriū cleri mendicent ſm Arch. ar.c. si.xciij.dist.Et idem vbicunq̄ suspendit bñficiat⁹ a beneficio ꝓpter crimen ꝓmissū.Secus si suspenderet rōne ꝓtumacie q̄ tunc durāte suspensione.p hibent aliquid ꝓcipere.vt i.c.generali.supra eo.q̄ tunc in ptāte sua ē illā suspensionē euadere purgādo ꝓtumaciam.qđ non p̄t q̄ntūcūq̄ peniteat si ꝓ crimine ꝓmisso suspendat. facit gl. similis in cle.vt hi q̄.de etat.et q̄lita. ij.rñf.sup verbo dimidiū.et sup v̄bo bñficijs.in.c.q̄.sepe.ℱ. eo.Et qđ si isti non habeant in ista ecca bñficia?Tene quod hic habet in glo.fi.

Quinta ℭ Nec suspensionis+nis pena nō habet locū nisi in Epoꝝ ꝛ superioꝝ electionibus nec i Epis.q̄ tales nullaz penam suspensionis incurrunt a iure latam.nisi de eis fiat mentio spēalis. ℘robat h̄ in tex. Et solet allegari sp iste tex.ad hoc q̄ Epi nullā suspensionis penā a iure ꝓmulgatā incurrūt Idem est in sñia interdicti.et ꝓcor.c. quasi periculosū.ℱ.de sen.ex.et ibi ponit ratio istius. Aliud est tñ in excōicationis pena vt ibi ē glo.in v̄bo suspensionis.In casu tñ hui⁹.c.ꝛ.ℱ.cleric.in.c.cum in cunctis.supꝑ eo. Epūs punict alia pena arbitraria ſm Archiđ.quia vtiq̄ deliqt.ar.c.de causis supra de off.del.Ex q̄ ꝑz q̄ vbi quis deliquit et non est locus pene iuris erit loc⁹ pene arbitrarie ſz ℘e.de an.

Procurator

ꝓstitut⁹ ad appellandū ab electione.postulatione aut ꝓuisione.nō admittit.nisi oīa ꝛ singula qui in ꝓsonā aut formā vult obijcere.in ei⁹ mādato sint simplr expressa et clare.et nisi spēale habeat māda

tum iurandi corporaliter in animas constituentiū.q ipi credunt expressa esse vera et se probare posse. Hoc dicit. Et venit ad declarationem.c. vt circa supra eo.fm gl.i.hic

Prima con-clusio procurator cōstitutus ad appellandū ab electione postulatione.aut prouisione extra iudicium quo ad duo hic expressa habere debet speciale mandatū. Primū ē quo ad obijcienda.de quo hic in glo verbi singulariter.et clare. Et hodie dicendum de hoc.vt in cle.pstitutionem.ij.rūb.eo.t.quia exprimi debent singulariter crimina et circumstātie. criminū in procuratorio.alʒ non est sufficiens vt ibi.et glo.in cle.non potest.de procu.sup verbo in mandatl. Scōz est q ad formā iuramēti pstandi in aīas constituentiū. que etiaz in mandato debet ptineri pcurationis Sine enim speciali mandato non pt quis iurare in aīas pstituentis.c.ij.j. de iura.ca. Alios casus in quib⁹ speciale mandatū requirit.enumerat gl in.c.q ad agendū. de procurl.j.

Altima c-clusio procurator fm formā huius.c.constitutus ad appellandū.etiā in animā priam subire tenet iusiurādū.admittit etiam ad prosequendaz appellationē legitime fm formā.c.vt circa.interpositā.Iz nullū hēat spēale mādatū Prima ps probat p Jo.an. hic super glo.fi. Nec enim alʒ satisfactū est constōni vt circa.s.eo. nisi ipe appellans iuret. Et sic refert Archi. fuisse pnūciatū.licet ipse teneat ptrariū. Sed Pau.tenet cū Jo.an. Unde ad glo.fi.hic dū dicit procurator.ergo iurat in aīam dñi. non in propriam. suppl'endū ē.s.tm.et illa fuit mens Jo. an. Scōam partem tenet Spec.ti.de pcurl.§.iv̄si.sed pone.et sequeñ.et facit hic tex.qui dicit ō pstituto ad appellandum Secus igit in eo qui dat ad prosequendū. Idez si detur ad excipiendū crimina vel defectus cōtra electuz.qz non oportet q specificent fm glo.iiij.cle.non pt.de procurl.

J confirma-cionē electionis pter omissam solennitatem debitaz infirmari ptingat.aut q confirmans ptātez non habuit pfirmandi.non pter hoc electio alʒ canonice facta intelligit infirmari. Hoc dicit.

Conclusio talis elicit ex tex. Cōfirmatione electionis cassata.non est cassata electio alʒ canonica. Probat hic i tex.et ratio pclusionis patet in glo.fi quia confirmatio habet se accessorie et electio vt principale.cum p electionem conferatur titulus plature ⁊ habitus ptātis administrande. Per cōfirmationem aūt solū exercitiuz.c.q̄nto.et que ibi notant.lxiij.distī. Et sequit pe.de an. Aliaz rōnem dat Jo. mo.q in separabilib⁹ inutile non viciat vtile vt in regula vtile.j.de regu. iu. Electio āt et pfirmatio sunt actus diuersi et separati ab inuicem vt nō. Jnno.in.c.ij.s.de resti.in integ. Et p has rōnes dic idem in confirmatiōe alioz actuū.puta sententie.priuilegij donatōnis.statuti.transactionis.aut pacti. In his enim q̄q̄z solz intervenire confirmatio.c.bone.c.cū dilecta cum filib⁹.de confir.vti.vel inuti. Et sic confirmatione infirmata nō intelligit id quod erat pfirmatū infirmatū.quia actus sunt diuersi vt hic. Et limita hunc tex.et conclusionē vt in glo.fi.nisi confirmatio infirmaret vicio electionis. vel nisi infirmet simul

confirmatio et electio. in dubio refe renda est sententia ad acta et causam deductam in actis.vt hic in glo.fin. quod nota

uia sepe va- cātibus ecclesijs cathedralibus regularibus aut collegiatis.capla ꝓuent⁹ aut singulares persone ipaꝝ ecclesiaꝝ.occupant inde diuidunt.surripiunt.aut dilapidāt bona a prelatis ipsis dimissa aut vacationis tpe obuenietia que potius deberent in ecclesiaꝝ vtilitatē expendi.vel futuris successoribus fideliter reseruari. Ideo statuit papa ꝙ illi q̄ de cetero p̄dicta facere p̄sumpserunt eo ipso sint tādiu ab officio ⁊ beneficijs quibuscunq; suspēsi donec de oībus ꝓceptis plenariaꝝ restōnem fecerint.non obstantibus q̄buscunq; priuilegijs.statutis.ꝓsuetudinibus.iuramento.ꝓfirmatōne apl'ica. aut alia q̄cunq; firmitate roboratis.que oīa q̄ ad hunc casū papa cassat et irritat ⁊ nullius de cetero vult eē firmitatis. Hoc dicit. Et indirecte facit ad titulū vt in glo.quod nō.

Prima ꝯ Bona p⁹ mora tem prelati remanētia aut vacationis ecce tpe obuenientia debent in vtilitatez eccaꝝ expendi.aut futuro successori reseruari. Probat hic in tex.et in.c.p̄nti.j. de off.or.⁊ in concor.in glo.sup vbo reseruari allegat. Necessarie tñ expēse de illis possunt deduci ſm Arch. de quo vide in cle.statutū e.ti.super verbo expensis. In qua cle.declarat hec pstō.vt etiam habeat locū in ꝓuenītibus tpe vacationis ex iurisdictiōe prelati.aut sigillo. Et i hoc reproba tur hic glo. Jo.an.sup verbo reseruari.et approbat opi. Arch.vt ibi p glo

Secda ꝯ Occupātes aut dissipantes bona p̄latoꝝ cathedraliū regulariū ecclesiarū aut collegiataꝝ.sūt eo ipso et manēt tādiu suspensi ab officio et beneficijs quibuscunq; donec oīm ꝓceptoꝝ restitutionē fecerint plenarie. Probat hic in tet. Et de bonis dimissis p alios p̄latos disponit.c.p̄nti.j.de off.or. Et aduerte ꝙ tex.loquitur de bonis ipsoꝝ p̄latoꝝ distictis. Ideo si bona ꝓmunia vacationis tpe male administrant capla.collegia.aut ꝓuentus. mortaliter quidem peccant.sed pena hui⁹ pstōnis non tenent ſm Arch⁹ Et ꝙ distincta bona Capl'm tpe vacatōnis administrat. ꝓbat in.c.cupientes.j.ad hec.s.e.De talib⁹ enim debet Capl'm rōnez reddere futuro successori.c.vnico.j.fi.j.de cle.egro. Itez non hz etiam locū ꝓclusio.et text.hic in extraneis qui non sunt de collegio aut ꝓuentu si occupant bona ſm glo hic in verb.eaꝝ. Et quid operet hec suspensio a beneficio in monacho. dicit hic Arch⁹ post Inno.et Hosti. in .c.dilectus.ij.de symo.ꝙ non vocabitur ad tractatus ꝓuentus.nec in illis vocē habebit.nec recipiet prebendā in ꝓmuni.sz in ergastulo. Item si tal' non habeat vnde restitutionē faciat. ꝓmutabitur sibi in penam corporalē Nemo enim ad impossibile p̄t obligari.c.nemo.j. de reg.iur.l.

Altima con- Suspensus donec satisfecerit.post satisfactionē nulla absolutione eget. Probat h in gl. verbi donec.et similis glo.est in cle.i. de deci. sup verbo donec. quam nō. Interim aūt ꝓuidendum est ecclesie de fructib⁹ vt hic in gl. verbi officio Et an celebrās durāte hmōi suspensione sit irregularis.vide hic Archid.

qui videt sentire q̄ non. Ex tex nō differentiaz esse inter conuentū. z capitulū.nā Capl'm respicit ecclesias seculares vt in.c.i.et in.c. cōgregato.e. ti.Conuentus vero sunt regulares.c ij.de sta.reg. Item nō ex tex.differentiam esse inter surripere et dilapidare.quia surripe est latenter capere. .xij.q.v.c.sicut bi.Dilapidare autez ē prodigaliter et indifferenter exponere.vt in.c.ij.ad fi.ꝫ.de sta.mō.Itē nō differentiā esse inter iacturam z damnum seu dispendiū.quia iacturā patimur scienter z vltro seu sponte vt patet in his qui propter tempestatē res suas iactant in mari.l.i.z.ij.ff.ad.l.rodi.de iact. Damnū fit nobis nescientibus.c.olim.c.in.nostra.de iniurl. et dam.dat.

Constitutio vt circa.eo.tit.formam dans appellādi illis qui se opponunt electionibus.postulationibus. aut prouisionibus. non habet locuz nisi in appellationibus extraiudicialibus quia in iudicialibus debēt seruari iura antiqua.exquo non reperi unt immutata.

Ex tex elicitur talis cōclusio Forma appellādi tradita in.c.vt circa.consistens in modo specificandi crimina z defectus.et in iurando locū vendicant sibi solū.qñ appellat extraiudicialiter ab electiōe postulatione.aut prouisione. non āt si appellat in iudicio.Probatur hic ī tex.Unde si in causa electionis indici aliter appellat a iudice. seruari debēt antiqua iura.l.c.vt debitus.ꝫ. de appel.et.c.cozdi.j.illo e.ti.et.c.i.ꝫ.e.li. et ti.Et sic si ab interlocutoria appellet aut grauamine sufficit appellare ī scriptis expressa causa.Si aūt a diffiniti ua et in continēti sufficit dicere viua voce Appello ab iniusta sententia.l.ij ff.de appel.et.l.litigatoribus.C.eo.t. Et aduerte q̄ appellatio interposita ab executore dato super quisione beneficij dicit iudicialis.si assumat sibi partes iudicis alias dicet extraiudicialis fm doc.facit gl.in cle.vnica.de off.deleg.et Innoc.in.c.dudum.de p̄sumpti.

Ex tex nota q̄ iura que non reperiuntur correcta aut mutata sunt obseruanda. facit.l. precipimus.C.de appell.l.sancimus. C.de testa.Quod enim nō mutatur quare stare prohibet?

Si cui omittitur plena et libera administratio seu procuratio cathedralis ecclesie a se de aplica.que sola illud facere potest libere potest facē que ēpalis iurisdictionis sunt.et que posset electus cōfirmatus.dūmodo abstineat ab īmobiliū bonoz alienatione.Ea autē q̄ sunt ordinis ēpalis(nisi Ēpus sit)alijs cōmittē debet expedienda. Hoc ō

Ex tex elicitur talis cōclusio. Habens plenam z liberam in spūalibus z temporalibus a papa administrationem ecclesie cathedralis.potest iurisdictionalia exercere.non autem sacrā.nisi fuerit ēps. Probat hec conclusio hic in tex Et sic videt q̄ prelat⁹ ecclesie habeat plenam et liberam administrationem bonoz ecclesie.de quo hic in gl Et conclusiue dic aut papa in cōmissione administrationis expriīit q̄ cōmissarius habeat liberam et generalem.et res est plana.ita potest intelligi tex.hic Aut id non expriīit. et sic si sunt actus quos gerere potest prelatus sine consilio et consensu Capl'i

dicitur in illis habere liberam et ge-
neralē.vt in.c. pastoralis.de his q̄ fi.
a prela. Aut non potest gerere sine p-
sensu capli.et sic si psentit Capl'm ha
bet liberam et generalez. aut non cō
sentit.et sic non hz liberam fz Bom̄.
Post Jmo. Patet scdo ex conclusiōe
q̄ iste administrator non potest do-
nare de bonis ecclesie. etiaz mobilia
vt fructus.quia nō est sponsus nec p-
latus ecclesie.xxiij.dist.presbyterum.
nec fructus suos facit.sed tenetur om
nia reseruare futuro successori. et de
administratione tenetur reddere rati
onez.ij.q.vij.c.caput. Administrat ät
et disponit de bonis et rebus fm for
mam.c.grandi j.de suppl.negli.prela.
et.l.procurator cui libera.ff.de pcu.
et propterea quotidianas expensas
de bonis ecclesie habebit.c.i.§. penul'
j.de cle.egro. Nec expirat officiū ei⁹
obitu pape vt in glo.fi.et concordat
Archi. Et durante eius officio non
possunt eligere aliū Ep̄m.vt in eadē
glo.quam etiam sequitur Archid.et
Compostl.alt'.c.vt nostrū.s.de appell'
Sed Pe.de anco.tenet q̄ possunt in
terim eligere.et sequitur Bom̄ qui di
cit id probari in.c.obitum.lxi. distin
et in.c.constitutum.vij.q.i.vbi punit
visitator si nō procurat q̄ electores
eligant. Item potest hmōi visitator
licentiare clericum vt transeat ad ali
am ecclesiam p text.hic qui admit ei
potestatem alienandi bona immobi
lia. Et in hoc destruitur glo.lxxi.dis.
.c.fraternitatis. Et qd dicit Arch.in
.c.fi.j.de sup.negli.g.prela.vbi contra
rium tenuerunt. Et procedit hic tex
procedit hic tex. nec ꝯclusio. quia nihil tunc ꝓcipiunt de tpalibus sicut nec patronus laicus. c. cū seculuz. de iure patrona. Qñq; et scō habent solum ius instituendi ad regimen ecclesie. et iterum non habet locum h tex. ⁊ ꝯclusio. quia nō presentāt epō rectorem. cum ipi instituant. Et q; ad tempoalia ecclesie manus extendere non possūt cle. q; regulares de sup. neg. pla. Qñq; et tertio hñt plenū ius instituēdi etiā ad curā ꝓpri ⁊ auctoritabilē. Et sic etiā h tex. nō hz locū. quia etiā epus q̄ hāc institutionē facere hz de iure cōi. ad tpalia eccie man⁹ extēdē nō pt nisi q̄ ad iura epalia. c. ꝙquerēte. de offi. or. Qñq; et q̄rto subest eis eccā q̄ ad tpalia quia ꝓpter religiosorū inopiā papa vel epus ꝓcedit eis eccām q̄ ad tpalia. et talis ꝓcessio itelligitur vt possint ꝓcipere reddit⁹ et puertere ī vtilitatē ꝓpriam. ꝓseruata tn eccia in pristino statu. et ex tali ꝓcessione hñt presentationē rectoris. et tūc ꝓprie locū habz qđ hic dicitur. et in. c. ō monachis. et. c. auaricie. s. e. ti. Qñq; ⁊ vltimo. eccia subest eis q̄ ad tpalia ⁊ spiritualia. et tunc cōsideratur si pleno iure subest eis. q; hñt ptātē instituendi ⁊ q̄ ad regimē eccie ⁊ ppri. et ipsi tenētur subire omnia onera illarum eccīarū. et tunc non hz locū hic tex. cu similib⁹. Hz cle. i. §. sane. de iure pat. quia nō est tunc nce recurrē ad epm ꝑ institutiōe. c. vnico. de capel. mō. §. e. li. Sed hoc casu ponunt ibi vicarij ⁊ deponūt. de quo vid. nō. g. in. cle. j. de excess. pla. sup verbo ad mēsam. que declarat qñ et quibus modis eccia dicitur esse de mensa religiosorū. Si vero est subiecta in spiritualibus et tempoalib⁹ ita q; religiosi habent ibi tempoalia et etiaz instituere ad regimen ecclesie. et ad titulum. non autem auctoritabiliter quo ad regimen populi. tunc etiam locuz habet quod hic dicitur. quia pro cura populi oportet recurrere ad episcopum. et ibi tunc institutiōdo debet fieri assignatio congrue portiōis. Et quantum habebit pro cōpetentia. non potest comprehendi certa regula. sed attendi debet qualitas patrie. persone. ecclesie. situs. ꝛc. De quo per glosam secundam in. c. cum adeo de rescrip. et glosam sum mariam. xxi. q. j. per Hostien. in. c. cū fm. s. eodem titulo. et hic per Archidiacon.

Licet omniū

beneficiorum ad romanū pontificem spectet dispositio plenaria. ita vt non solum possit conferre vacantia. sed etiam ius tribuere ad vacatura. Collationem tamen ecclesiarum. personatuum. dignitatuz. ⁊ beneficiorum. apud sedē apostolicam vacantiuz specialibus ceteris reseruauit romanis pontificibus consuetudo antiqua. quaz papa approbat ac statuit. vt nullus de cetero dignitates. personatus. aut beneficia apud sedem apostolicam vacantia quacunq; auctoritate. ordinaria. aut delegata. generaliter. aut specialiter sibi tributa p̄sumat cōferre. nisi specialis ⁊ expressa potestas detur a romano pontifice sup conferendis beneficijs in curia vacantibus. Aliter actum decernit papa irritum. Hoc dicit.

Et artatur hec constitutio q̄ ad tempus ī. c. proximo. et etiā artatur quo ad eccias parochiales ī. eod. si apostolica. et declaratur ī. e. c. pūti. fm Joh. mona.

Ex tex. elicitur talis pclusio. Auctoritate ordinaria aut delegata q̄ntūcūq; late pcessa non datur alicui ptās pferēdi beneficia vacantia in curia. nisi de eis fiat mentio spēalis et expressa. Probatur hic in tex. Et q̄ bñficia dicuntur vacare in curia. habetur ī. e. c. p̄senti. Et quo limitatur hec cōclusio dixi in textualib⁹. Et licz añ istā constitutionem de psuetudine papa cōferret hmōi bñficia. vt hic pz in tex. tñ approbatio hui⁹ psuetudinis fca per hāc cōstitutionē sic ligat man⁹ ordinariorū. q̄ ptra eaz non possūt fm Archi. Et probatur in fi. tex. q̄ irrita est collatio ptra dispositionez hui⁹. c. Et sub hac cōstitutiōe nō cōprehendūtur epatus. vt hic in. gl. ij. quia non est dignitas. ſz culmen dignitatū. qđ verū in materia odiosa. vt in ꝓposito. Nā p hāc constitutionem pīudicatur ordinarie ptāti. In non odiosis aūt epatus venit nomine dignitatis. pbatur in. c. auaritie. s. e. li. de elect. Abbatia aūt pprehēditur sub hac pstitutione. fm. g. ij. H. quia equiparatur alijs dignitatib⁹ inferiorib⁹ epatu. c. q̄q̄. s. eod. li. de elect. in fi. et abbas vocatur pīatus. c. j. de eta. 7 q̄li. s. c. pūti. e. li. de offi. ordi. 7 seq̄tur Jo. de fautu. 7 Domi. Itē bñficia spectātia ad pūtationez laicorū sub hac pstitutione nō comprehenduntur. vt hic in. g. verbi collatio. quā sequitur Sens. 7 Lap⁹ qui alle. c. cū dilect⁹. cuz ibi nō. s. de iure pa. quia si ptrariū diceremus. q̄ papa pferret beneficia iurispatronat⁹ laicalis retraherent laici a dotatione 7 edificatiōe eccīarū. p̄ quā rōnē non est verisimile q̄ papa in specie veniat. ergo in suis generalibus verbis ptrauenire non intelligit. arg. c. cum in generali. s. de offi. vicar. Si igitur papa alicui spēaliť concedit. q̄ possit pferre beneficia vacantia i curia ad certum temp⁹ aut, vsq; ad certū numerū. tūc id p̄t facere mandatarius. Et an ptās sua expirat p mortē pape concedentis. Joh. an. renet hic q̄ non. p. c. qm̄ abbas. de offi. dele. c. decet. ī. de re. iur. c. fi. glose. s. e. li. de rescrip. Quid autez si papa dat alicui ꝓprio motu ptātē conferēdi tot beneficia in posterū vacātia. q̄liacūq; 7 vbicūq; 7 q̄litercūq; nō obstāte etiaz q̄ essent talia de quib⁹ oporteret expressam et spēalez in litteris aplicis facere mentionez an talis possit cōferre beneficia in curia vacantia. Domi. post Lapum tenet q̄ sic. per nota. in. c. j. supra. eod. lib. de constitu. Aduerte etiam q̄ si papa non ꝓprio motu conferat alicui beneficiuz vacans in curia, non valet collatio. nisi expressuz fit q̄ vacabat in curia. 7 ita obseruat curia fm Lapum hic 7 Domiñ. An autē si absens a curia renūciat beneficio suo per procuratorem in curia. dicatur beneficium vacare in curia. Archidi. tenet hic q̄ sic. de quo per glosam in clem. j. super verbo collato. vt li. penden. quia actus renunciatiōis factus per procuratorem considerat non pstitutio. vt in illa glō.

Tatutuz su
pra. c. proximo de beneficijs apud se. ap. vacātib⁹

per alium q̄ p romanuz pontificem non ꝓferendis ita est moderanduz. vt nō obstāte illo statuto hi ad q̄s spectat eozum collatio post mensez a die vacationis numerandū .ea cō ferre possint p se ipos tm̄mō.si sint pn̄tes.vel si in remotis fuerint absē tes.per eozuz vicarios generales in pn̄tia constitutos canonice ad hoc deputatos. Hoc dicit.

Prima con. Si papa non confert bn̄ficia vacantia in curia infra mensem pn̄t ꝓferri p ordinariuz eoꝝ collatorē. Probatur hic in tex. Est igitur hic īducta p̄scriptio vnius mensis ꝓtra romanū pontificez. q̄ tn̄ nō debz currē sedi q̄n caret romano pontifice.vt hic ī.g. verbi numerandū.q̄ dicit q hic papa p̄fixit sibi tam breue temp⁹ ad ꝓferendum in fauorem ecc̄iaꝝ.ne ꝓtingeret diu eas vacare. Nec hz hic tex. locuz in bn̄ficijs deuolutis aut reseruatis .q in illis non inuenim⁹ pape p̄fixū tē pus ad ꝓferendum.sicut in casu isto. Currit etiā iste mensis a die vacationis.excluso die vacatiōis.vt hic in g.alle.qđ ōnōt p̄positio.a.ī tex.posita.q̄ facit separationē.fm.g.in.l.iij.ī fi.ff.de act.emp.et vi.hic p Archi.et Domi. Aduerte tn̄ q ordinari⁹ qui pape succedit.hz temp⁹ ordinariuz. puta sex mēsiū.iuxta.c.ij.s.ō concess. p̄bē. Et an legat⁹ de latere possit ea ꝓferre? Dic q sic.p.c.ꝓ.s .e.li.de offi. legati.quia et executor aplic⁹ id posset.vt in.cle.si de bn̄ficio.e.ti.fm Jo. an. Et ꝓcedit hic tex.generaliter in omnib⁹ bn̄ficijs etiaz electiuis in curia vacantib⁹.fm Jo.an.et Joh.de lig.licz tex.loq videtur.solū de collatione.quia collatio h large sumitur vt includat electionē et p̄ntationez. Nec ob.c.cū in illis.ꝯ.i.ꝓ.e.vbi h diuersa cēsentur.q̄ loq̄tur in impetrationib⁹.q̄ sūt odiose. Nec em̄ decre. moderatur p̄cedentē q̄ generalit̄ loq̄tur.ergo et ista.facit.gl.ij.in.c.is q̄. s.e.li.de elect.

Ultima con. Elapso mēse ordinari⁹ collator si pn̄s fuerit.debz p se.aut si absens fuerit remote.p suuz generalē vicariuz ad hoc legitime ꝓstitutū ꝓferre dicta beneficia in curia vacantia. aliter facta collatio de ip̄is est nulla. Probatur h in fi. tex. Et est rō quia cū ista beneficia spectabāt ad collationē pape.z ordinarij sua ptāte erāt ꝓuati.et h eis restituitur ptās ꝓferendi ea in hoc casu cū certa fōz.si illa nō obseruet act⁹ē nullus.vt.s.de elect.c.puida.et cle. ꝓma.de iure patro.in.g. Item quia papa in traditione rei sue p̄t pactuz apponere.vt hic ī.gl.verbi p se ipos In casu absentie non possz ꝓferre h bn̄ficia.p spēalē vicariū.hz p generalem vt hic.habebit tn̄ ille spēale mādatū.vt hic in.g.fi.qđ verus fm Archidi.etiā ad hoc q ꝓferre possit beneficia in curia vacantia post mēsē ꝛc.qđ dicit Jo.an.tutū añ factū.licz post factum diceret valere si spēale mandatū habuisz ad conferendum bn̄ficia sine dicta exp̄ssione.

Quis plenissime in bn̄ficijs sit interpretatio facienda .restringende tn̄ sūt vt ambiciose littere ad beneficia. Ideo si papa mandat alicui ꝓuideri vsq̄ ad certam sūmam ei ꝓuidendū erit non in pensione hz bn̄ficijs.nisi de pēsiōe expressa men-

tio habeatur in litteris. et licz noīe ecc̄iarū ciuitatis ꝓprehendatur etiā ecc̄ia cathedralis. Si tñ papa mandat alicui ꝓuideri de bñficio in alīq̄ ecc̄iarū ciuitatis aut dioceſ. nō includitur ſub generalitate hac cathedralis ꝓpter honorez ipſi⁹. Secus ſi mandaret alicui in aliq̄ ecc̄iarū prouintie. quia tūc et metropolitana et cathedralis alie includerentur ecc̄ie quia vberiorem gr̄am q̄ in caſu precedēti videt papa velle facē. Hoc. d.

Prima con. Latiſſīe ſūt inter ꝑtanda ꝓncipū bñficia, niſi ſint gr̄e ꝓceſſe ad beneficia. Probatur hic in ꝓn. tex. Et ad ꝓmā partez allegat. g. ij. cōcor. quā intellige verā ꝓtra ipm̄ principem. et vbi alteri non fit ꝑiudiciū. alias fieret ſtricta interꝑtatio ſm Pau. p. c. ex tuarum. de vſu pal. Rō ſcde partis eſt. quia lr̄e ad bñficia dicūtur ambitioſe. eo q̄ impetrātes eas ambiunt dignitates. nōn. in c. vltra de trāſla. epo. Itē p eas ꝑiudicatur ordinarijs collatorib⁹. ſicut in reſcriptis ad lites. c. Radulphus. de reſcrip.

Secūda con. Impetranti vſq̄ ad certam ſūmā non debetur penſio. ſed ei vſq̄ illam ſūmā ꝓuidetur in benficio. Probatur hic. in verſic. et ideo. Et hec forma lr̄arū frequētat in apulea. vbi ſūt bñficia valde miſera ſm Jo. an. Et rō pc̄onis pz ħ in g. verbi penſione. Poteſt aūt in caſu dicto ꝓuideri non ſolū de vno bñficio. ſz de duob⁹ aut plurib⁹ vſq̄ ad ſūmam illā. quia tex. hic loquitur ꝺ vno impetrante in ſingulari et plurali numero de beneficijs. qd̄ verū intelligunt doct. de ſimplicib⁹. non de curatis. per qd̄ corrigitur dictū Hoſtien. in. c. cuz dilectus. s. de iure patro vbi dicit tali. niſi vnū poſſz conferri cum reſcripta ſm ius ſunt intelligenda. que volunt vni niſi vnicuz beneficium conferri. de quo hic latius ꝑ Bo. p⁹ Jo. an. Et cū ſcribit ſm̄ dcāz fōrm ꝺ beneficio minori ꝑt ꝓuideri non de maiori. Secus ſi mandaret ꝓuidere de beneficio tanti valoris aut tante ſūme. quia tunc de maiori poteſt prouideri. ſm. g. hic in verbo vſq̄ ad certam. quā reprobat Pau. quia ſic excedit̄ forma mandati i plus. ſicut in minus. c. cui ꝺ non ſ. e. Idem Joh. de fautu. Et Imo. idez tenet in cle. vnica. de concel. prebē. et tenet Jo. an. ſ. e. c. cui de nō. et Bominic⁹ ħ. z ſic hec. gl. videtur poſita de vicio ſcriptoris

Ultima con. In litteris ꝓpetratis ad beneficia appellatiōe eccleſiarum. ciuitatis. et dioceſ. nō venit cathedralis ecc̄ia. Appellatione tamen eccleſiaruz prouintie omnes eccleſie comprehenduntur etiaz cathedralis et metropolitana. Probatur hic in ſ. q̄ q̄. vſq̄ in finem. Et ratio vtriuſq̄ partis patz in tex. In larga tamen ſignificatione. appellatiōe eccleſie ciuitatis continetur cathedralis. c. cum tibi. de verb. ſignif. s. Sic etiam licet in litteris papalibus ad lites aut beneficia appellatione dioceſis non comprehenditur ciuitas. de eta. et quali. accepimus in fine. g. penultim̄. et. c. Radulphus. ſupra. ꝺ reſcꝑ. et ħ. Tamen ſecus quando verbum dioceſis exprimitur a lege aut ſtatuto. ſm Joh. de fautu. ħ. et ſic ꝓcedit gl. ij. in. c. vnico ſ. de re. permu. e. li. Quid autem ſi ſcribitur q̄ pro

uideatur impetrāti ō beneficio spe
ctante ad collationem epi talis .an
includitur beneficiuz eccie cathedra
lis spectans ad eius collationē.Jo.
an.dicit ꝙ sic.quia hic sumus extra
casum textus nostri .facit textus hic
duz dicit.hoc casu ꝛc .Et ideo si scri
batur vt prouideatur alicui in aliq
eccīarum patriarchatus includitur
eccīa patriarchalis.quia plus ē no⁊
minare patriarchatum ꝙ prouinci
am.c.cleros.xxi.dis.sed appellatione
prouincie includitur.igitur ꝛc. Naz
patriarche habent archiepiscopos
quibus possunt tradere pallīū.c.an
tiqua.supra.de priui. Idem putat si
scribatur ꝙ puideatur alicui in ali⁊
qua eccīarum regni.principat⁹.mar
chionatus.ducatus comitatus ꝛc.si
ibi sit cathedralis eccīa.putat Joh.
an.illam comprehendi.cuz verba io
sonant nec putat casū illū exceptū.ꝛ
seqtur Domi.Et pcedit ista pclusio
ꝛ text⁹ in lr̄is gratie.aliud ī lr̄is iusti
cie.in quibus appellatione ecclesiaꝝ
ciuitatis comprehenditur cathedra
lis.fm glosam hic in verbo includi
Sunt autē littere iusticie que impe
trantur ꝓtra ordinantez vt prouide⁊
at ordinato de beneficio.qui etiam
prius erat ad hoc obligatus .vt in
c.cum fm.de prebeñ.supra. Nam cū
lr̄e iusticie non minuant obligatio
nem ꝛ eccīa cathedralis ante eis fu
isset obligata.per eas non debz mi⁊
nui obligatio fm Paul .De stilo cu
rie qui habz ꝙ in cathedralibus ec⁊
clesijs non solet exprimi nomen san
cti aut patroni sicut in inferioribus
etsi ꝯtrarium fiat.lr̄e sūt inualide.vi
de hic in.g.verbi extēdit.in fi.

Jm de bene

ficio eccīastico secularibus clericis
assignari consueto alicui mandatur
prouideri.de illo debz intelligi ꝙ tā
to tempore ab vno aut pluribus se
cularibus clericis in eo institutis fu
it continue ꝛ pacifice possessuz.vt le
gitima pscriptio sit cōpleta.licz añ
vel post per religiosos fuerit guber
natum.Cum autem scribitur ꝙ ali⁊
cui seculari clerico prouideatur de
aliquo priozatu.non potest ei pro⁊
uideri de priozatu.qui p religiosos
modo predicto solitus est guberna
ri.nisi aliud in litteris sit expressum.
Hoc dicit.

Prima con. Impe⁊ trāti be
neficium seculare.prouidetur de bñ
ficio per seculares clericos vsq; ad
prescriptionem legitimam guberna
to. Probat̄ h in prima pte text⁹ fm
Domi. Jdē si clericus secularis fm
pliciter impetrat bñficium.quod ꝓ
bat hic secūda pars textus. quia ex
quo secularis ipetrauit seculare de
betur. Et patet h ꝙ cōsuetudine ꝛ pscriptiōe potest induci status in be
neficio quolibz et qualicunq;.vt de
beat gubernari per certuz genus cle
ricoꝝ religiosoꝝ aut secularīū
facit.c.cum dilectus.de consue .et.c.
abbate.supra.de verbo.sign. Nō āt
vt de illa consanguinitate debeant
assumi.vt ibi probatur. Eo tamen
ipo ꝙ beneficium est per seculares
quadraginta annis ꝛ pacifice guber
natum.aut econtra p religiosos nō
est impressus talis status ipi benefi
cio fm Lapuz.sed requiritur ꝙ hoc
sit actum vt sic regatur et sic rectum
sit per quadraginta annos bona
fide. Dicit tamen ꝙ a principio exp̄
mi non potest ꝙ regatur tm̄ per se⁊

culares aut tm̃ per religiosos nisi p̃ episcopum.vel nisi abbas ī eo habeat iurisdictionem quasi episcopalez et prescriptam.quia tunc idez in eo qō in episcopo.alle.c.accedentibus et.c.sicut vnire.de excess.prelato.cuz similibus.Dicit etiam q̃ si religios⁹ preficiatur beneficio seculari.quod fieri potest de iure ꝓmuni .nōtur in c.q̃ dei.de sta.mona.supra. Tamen ipm regere debz fm officium seculare.et non regulare.vt nōt. gl.in cle. finali.de cele.miss.et cle.quia regulares.de supp.neg.prela. Nec hoc casu imprimitur talis stat⁹ beneficio.q̃ ẽ seculariter rectum.licz per religiosū etiam per quadraginta annos.et sic clerico seculari potest cōferri.quod etiam tenet Jo.de lig.h̄ fm Bomi.

Secunda con- Cleri-co secu-lari simpliciter prioratum impetranti.non prouidetur de consueto per regulares gubernari Probatur h̄ in secunda parte textus.Et fallit ī casu cum expresse contrarium habetur in litteris vt h̄.facit.c.supra primum.j.rñso.in fine.Unde appar et q̃ de speciali gratia pape priorat⁹ regularis potest seculari cōferri.facit c.ij.in principio.supra.eodez titulo et libro.Quid autem si iste clericus secularis impetrans non essz factus regularis.nunquid de tali prioratu potest prouideri.Dic q̃ non .vt hic in glō.penult.

Aper eo q̃ quis possit in eadem ecclesia habere personatum et prebendaz.cui annexa est ecclesia parochialis.in qua habet de cōsuetudine iurisdictionem et sic aiarū curam non oportet habere de necessitate dispensationem. Hoc.d.

Ex ter. elicitur talis ꝓclusio Quāuis sine dispensatione papali non potest quis habere plura bñficia curata. potest tamen quis de consuetudine habē dignitatem curatam .et aliud beneficium cui annexa est parochia curata. Prima pars probatur in.c. de multa.supra.eo.ti.et in.c.gratia.supra.e. li.de rescrip.et ibi dixi .Scōa pars probatur hic in textu. Nam iste nō dicitur habere plura beneficia curata.quia ponderatur principale scilz prebenda que non est curata.Et duas rationes huius tex. et ꝓclusionis ponit h̄ glō.verbi.obuiet.et p̃ hunc tex. dicit Jo. anō.q̃ impetrans aliud bñficium de hac ecclia parochiali annexa.non tenetur facere mentionem.sed sufficit de principali scz de prebenda facere mentionem.facit regula accessoriū.j.de reg.iur. Patet etiam h̄ q̃ de ꝓsuetudine p̃t quis habere duo beneficia in vna eccia Idē de dispensatione ep̃i. vt h̄ in glō.si. Sed triplex q̄s esse non p̃ōt in vna eccia sine dispensatione pape.s.e.li. de consue.c.j.Qualiter aūt iste debeat deseruire eccie parochiali annexe Dic q̃ per vicariū.vt in .c.extirpan de.j.qui vero.s.e.Et apud quez sit cura disputat hic glō.ij. Et dic fm Bomi.q̃ si querim⁹ de cura fori contentiosi.tūc clarum est q̃ illā habet canonic⁹.vt h̄ patz.aut de cura fori pñialis.et tūc in ea ꝓcurrit habitus et actus.q̄ ad habitū cure est penes canonicū.quo ad exercitium penes vicarium perpetuuz.fm Jo.de lig. de quo etiā vide Panor.in repetitione dicti.j.qui vero

e

Am cui a se- de apostolica in aliq̃ eccĩa cõfertur canonicatus.licz nõdum in illa sit eccĩa receptus in prebẽde assecutione (omnib⁹ aliis postmodũz similem gratiam in eadem eccĩa habentibus) decernit papa pferendũz licz isti posteriores primo suas litteras presentent.et pmo in eadem ecclesia recepti fuerint. Hoc.d.

Ex ter- elicitur talis pclusio. Ex sola collatiõe canonicat⁹ facta per papam ius adq̃rit̃ ex quo in assecutione prebende ille cui collat⁹ est omnibus postmodũ impetrãtibus antefertur. Probatur hic in tex. Ex quo patz q̃ papa quando q̃z pfert solum canonicatuz et non prebendam.sed de proxima vacatura nulli alij debita sibi puide ri mandat.facit.c.q̃uis.ſ.eo.c.duobus.supra.eo.li.de rescriptis.et frequentatur hec forma multum in curia.ſm Guil.in cle.fi .eo.ti .Ex sola aũt tali collatione ius adquirit̃ spirituale beneficiuz .ex quo sibi vẽdicat locum in capitulo ꝛ stalluz in choro.nec diu debz manere sine prebenda.sicut nec anima sine corpore diu viuit.nõtur in.c.dilectus pmo. supra.eo. Itez ex illo iure omnibus posterioribus antefertur.scz similez gratiam habentibus.vt h̃ in.gl.ver bi similis.et ab eodez impetrantib⁹ secus si a diuersis.vt probatur in.c. bi quiſ.eo. Patz igitur hic q̃ in assecutione prebende attẽditur impetrãtium prioritas date.quod verus q̃n do collatus est a papa canonicatus vt hic .secus si mandatur conferri. tunc pmo recept⁹ pfertur alteri.qõ sentit h̃.g.ij.de q̃ in iurib⁹ ĩ ea alle.

I pro clerici- cis pauperibus aut alijs papa scribat.vt eis prouideatur de beneficijs etiam curam animarum habentibus.valent littere.licet nõdum sint in sacris ordinibus constituti. nec de defectu ordinum fiat mentio in eisdem litteris.debent tamẽ tales postq̃ adepti sunt huiusmodi beneficia se facẽ promoueri ad ordines. quos ad bñficia requirunt infra tẽpora a iure statuta. Hoc.d.

Prima con- In minoribus ordinibus ꝓstitutus pt per viã gratie pmoueri ad curatum bñficiũ sine dispensatione. Probatur hec cõclusio hic in tertu. Nec emi hmõi littere dicuntur surrepticie.ex eo q̃ de defectu ordinũ nulla in eis fit mẽtio licz aliud sit in taciturnitate defect⁹ scientie.etatis.aut morũ.vt h̃ in.g.ij. An iste p viã electiõis possit assumi Glõ.h̃ in verbo puidẽ.tenz q̃ non. Sz de hoc dic et de alijs vijs.vt dixi in.c.licz canon.supra.e.li.de elect. in q̃nta pclusione

Secunda con- ꝛ finalis In sacris non existens pmot⁹ ad curatum bñficiũ.debz infra terminum iuris assumẽ ordinẽ illũ quez req̃rit ipm bñficiũ. Probatur h̃ in tex. Ex quo pz q̃ iura req̃rentia sacros ordines.eos non requirũt tpe pmissionis.et sic coetanee.Sz sufficit infra terminũ iuris eos assumẽ.qui terminus habeꝫ in.c.licz canon.ſ.e.li .de elect.ꝛ.c.cũ in cũctis.ſ.inferiora.e.ti. in antiq̃s. Hoc verũ nisi aliud esset dispositũ exp̃sse a iure.vt in pmẽda parochialis eccĩe q̃ nõ pt fieri nisi

constituto in sacerdotio.c.nemo de/ inceps.s.e.li.de elect. Idem si aliud dispositū sit p statutū aut dispositio nē eccīasticarū psonarū.quia tunc h etiā tex.locuz non habēt et in mino rib⁹ pstitutus illa beneficia non pse queretur.nisi in rescriptis ponētur clausula tollēs statuta. per nō.in.c. cum aliquib⁹.s.e.li.de elect,7 .c.si ca pitulū.j.de pcess.pben.Sz si p laicū talis qualitas esset ipsa in bnficio a pncipio tpe fundationis.tunc nec talis clausula se extēdēt ad illud be neficium.q papa non sic intēdit lai cis piudicare vt clericis.ar.nō.in.c. ij.s.e.ti.7.li. Intelligitur igit h text. de requirentib⁹ certū ordinē aptitu dine et non actu.fm rotā.deci.iij.in nouis.q incipit. Itē si statutum est. Quis aūt cleric⁹ dicitur paup.dicit ille cui de nullo bnficio ē puisuz.vt j.eo.si paup cleric⁹.7.c.postulasti.7 c.si ponente.s.de rescp.et an p lras generales pcessas in forma paupex puta q impetranti puideatur ō ali q bnficio eccīastico vacante in aliq eccīarū ꝛc.possit puideri ei p q scri bitur de beneficio p eū ad quē nō p tinet collatio nisi illius bnficij vacā tis tm. Archid⁹ h dicit Bonifacium declarasse septimo die pontificatus sui.q non.facit verbuz aliq bnficio ꝛc.qō denōt pluralitatē beneficiorū de quo vi.nō.in cle.j.e.ti. Et solz cōi ter dici q bnficiū monoculuz nō ca dit sub gratia.qō tenent etiā dñi de rota.deci.ccxv.que incipit. Itez vo luerunt ꝛc.

Vide j r nō i forma a si et 7 portatia mois hic

Infirm monocul.

Jeū super cu

ius prouisione legat⁹ in cer ta eccīa pcessit lras.quib⁹ nō est ob/ tpatū mandat papa auctoritate sua recipi in illa eccīa in canonicū.et si/ bi puideri de pbenda fm ipi⁹ lega ti ptinētia lrarū.talis hmōi mādati auctoritate receptus.auctoritate pa pe.et nō auctoritate lega ti.intelligi tur receptus. Jdeo est omnib⁹ post eum eadez auctoritate receptis pfe rendus. Doc.d.

Ex tex. elicitur talis pclusio .Si papa implet mā datū alteri⁹ sup pquisione faciēda.p uisio auctoritate pape intelligitur esse facta. Probatur h in tex. Et sic patz q omnia facim⁹ qbus auctori tatē impartimur.vt h pbatur.7 i.c. si aplice.j.e.ti.7.li .S.sz necz.C.de ve. iu.enu. Nō ob.c.lris.s.de rescp.vbi videt ponderari qs incepit.nō qs p fecit. Quia dic fm Bomi.q illud p cedit qñ dubiū est q intentiōe pfici ens exeqtur actū alteri⁹.vt sic in du bio videatur poti⁹ exequi factuz al teri⁹ q pprium. Dic aūt tex.pcedit qñ pstat q mandans executioni factuz alteri⁹.voluit illud censeri pprium.vt pz ibi auctoritate nra. Et intelligit h tex.in legato q pt pferre bnficia.ō q in.c.j.s.e.li.de offi.lega.7 in lris re seruatorijs.quia vacaturā non pfert c.pnti.7.c.deliberatione.eo.li. ō offi lega. Itē qñ fuerunt facte sup puisi/ one facienda.q si iā fēa essz puisio p legatū tex.iste non pcederet.cū man datū pape tūc postea emanans essz executoriū.nō collatoriuz.fm Pau. et facit alle.c.lris.supra.de rescrip.

andato apo/

stolico alicui directo sub ea forma vt ei p q scribitur puideat ō bnficio spectante ad suaz vel alteri⁹ collationē prime vacaturo. debz il le cui scribit implere mandatum pa

pe in bñficio ꝓmo vacāte. siue ad suam siue ad alteri⁹ collationez ptinet. Si vero plura bñficia simul vacant ad collationē ei⁹ cui scribitur z alteri⁹ spectantia obseruari debz ordo scripture. vt puideatur ei ꝑ quo scribitur de bñficio spectāte ad illi⁹ collationez. qui ꝓus erat noīat⁹ in rescripto. Hoc dicit

Ex tex. elicitur talis ꝯclusio ꝓma. Si papa in literis ad bñficia sup alicuius puisione ꝑbendit plures collatores alternatiue. impleri debz mandatū in beneficio ꝓmo vacante. Probatur hic in ꝓma parte tex. Et rōnem hui⁹ z limitationē. vid. in. gl. iij. Et intellige ꝙ ꝺ mandatū erat directū ꝑ certa ꝑsona. qđ pz in tex. dum dicit. ei ꝑ q̄. Ñ sciendum ꝙ q̄druplex est forma scribendi. Qñq̄ scribitur ꝑ certa ꝑsona et certo bñficio. Qñq̄ ꝑ certa ꝑsona et bñficio incerto. vt ꝺ in tex. nr̄o. Et he forme habentur in .c. ex parte. j. de offi. deleg. Qñq̄ scribitur ꝑ certo beneficio et incerta ꝑsona. vt in. c. is cui. ij. rñso. e. li. ꝺ offi. dele. Qñq̄ ꝑ incerto beneficio z incerta ꝑsona. et sic respicit gratia eum cui scribitur. vt in. c. dudū. in ꝓn. j. e. et. c. q̄uis. j. z. ij. rñso. j. eo. Quid aūt si scribitur alternatiue plurib⁹ collatoribus ſm formā hui⁹ tex. et vacat bñficiū spectans ad collationez vtriusq̄. an de illo ꝑt impetrāti puideri? Hoc. tenēt ꝙ non. quia ex forma pz ꝙ papa solū alterū in solidum voluit grauare. etsi ꝓtrariū diceretur. nō essz dīa inter formam ꝓiūctam z diuisā. ꝓtra. c. fi. j. e. ti. Quid āt si scribit alicui vt puideat de bñficio spectante ad suam collationē. alioq̄n de spectante ad collationē cuiuscūq̄ alterius. vid. ꝺ ꝑ Archi. Jo. an. z Bom.

Secunda con. z finalis Mandato alternatiuo ſm formam hui⁹ tex. facto insimul plurib⁹ bñficiis vacantib⁹. seruādus est scripture ordo. Probatur ꝺ in scḋa parte tex. Et sic nō. ꝙ licz regulariter q̄libz alternatiua sit ꝑstationis. vt i regula in alternatiuis. j. de reg. iur. et nōt. g. in. c. cum plures. s. eo. li. de offi. dele. Ñ etiaz q̄ alternatiua est ordinis. vt in casibus hic in. g. verbi ordinez allegatis. Ñ dicit Bomi. ꝙ in alternatiuis ꝑstationis seruandus ē scripture ordo q̄ qualitas scḋa adijcit in defectū ꝓme. vt hic patz. Maz papa hic addit de alio collatore in ꝺbio. de quo vid. Jo. an. in. c. cū dilecta. s. de rescrip.

Jclericus cui papa mandat prouideri de prebenda ꝓxima vacatura incerta. et eū postea recipi in canonicum et fratrē in eadez eccīa negligēt omittit petere ꝑbendam sibi debitaz q̄ vacat de alia illius mandati vigore sibi non ꝑt puideri. Si tamen talis fuisset ab initio ꝑ papam effect⁹ canonicus in eccīa non ob. dicta negligentia ratione canonicat⁹ per eum ad quē spectat in eccīa ꝑbēdarū collatio eidem prouidendum erit de ꝑbenda nulli alij auctoritate apostolica expectanti debita. etsi alteri cō feratur in eius preiudiciū collatio est inualida. Hoc. ꝺ.

Jꝓma con. Si clericus cui papa mandat puideri de prebenda vacatura negligens est petere vacātem. sibi debita extincta est gratia.

Probatur hic in pma parte tex. Et qñ dicitur iste negligens. vi. ḃ in. gl. verbi negligens. quia illud relinquē dū est arbitrio iudicis. vt in. e. g. q̄ diu tñ vacat p̄benda sibi debita impetrans nō dicitur negligēs. ꝛ post q̄ est deuentū ad collationē alteri⁹ Nā si iste impetrans reclamat añq̄ sit puisū alteri nō dicitur negligēs. etsi eo agente alteri ꝓferatur. nō valet collatio ad hoc. c. auditis. s̄. de elect. 7. c. q̄dam. j. e. et sentit ḃ. g. verbi aliā. Patz etiam ex tex. q̄ p collationē p̄bende vacantis. non censetur facta collatio canonicat⁹ Nā hic tex. vult q̄ post collationē p̄bēde executor faciet recipi eum in canonicum Nec possz iste executor añq̄ vacat p̄benda mandari istū recipi in canonicū. quia forma mandati est seruāda. c. cui de non. j. e. c. cum dilecta. s̄. de rescrip.

Secunda con· Si ät papa ꝓtulit alicui canonicatuz in eccīa ꝛ negligens fuerit petere p̄bendaz sibi debitaz. ordinarius tñ puidebit ei de p̄benda nulli alteri ap̄lico impetranti debita. Probatur ḃ in scōa parte tex. Ex quo pz q̄ canonia p̄t esse sine p̄beñ. qđ verum. re. ꝛ nō sine spe. quia habetur sub expectatione p̄bende. c. relatū. s̄. e. ti. et. c. si post q̄ j. e. An aūt ordinari⁹ ꝓferens p̄bendam in hoc casu in defectū executoris ꝓferat vt ordinarius aut delegatus. qđ vtile est scire ꝓpter appellationes inꝓponēdas ab eo vi. Guil. in extrauagāti sedes. in. glō. magna. in fi. et ḃ p Domi. Et videtur Domiñ. velle q̄ censeatur ordinari⁹. quia q̄tiēs datur iurisdictio a lege. nisi aliud exp̄matur a lege dicitur ordinaria. nōtur in. c. cū ab eccīa. ȳ. s̄. de officio ord. ista datur a lege Jtē vbi ordinari⁹ supplet defectū delegati. hoc facit vt ordinari⁹. c. significauit. s̄. de offi. ord. ita est hic. ¶ Gitur ꝛc.

b **Jqui aposto**

lica auctoritate sūt recepti in aliq̄ eccīa in canonicos. debent in assecutione p̄bendarum omnib⁹ aliis legatorū aut alia quacūq̄ auctoritate receptis anteferri. ille aūt qui recipitur ad mandatū legati aut alterius auctoritate apostolica spēaliter sibi ꝓcessa. intelligitur auctoritate apostolica receptus. Hoc. d.

Ex tex· elicitur talis ꝓclusio Receptus auctoritate pape etiā ad mandatū legati aut alteri⁹ in assecutione p̄bende p̄ferendus est omnib⁹ aliis. Probatur ḃ in tex. Et sic fallit hec regula q̄ por est tpe. j. ō re. iur. Nō fallentie pz ḃ in. g. ij. quia hic non est par causa vtriusq̄. cum vnus sit receptus auctoritate maioris. q̄ alius. ideo p̄fertur. qđ verū ē in iure ad rez. sec⁹ si ageret de iure in re. Jta ꝓcedit. c. si a sede. j. eo. fm Domi. et facit pro militibus et doctoribus creatis a maiori. q̄ debeant preferri aliis etiam antea in eadem dignitate constitutis. ō quo per Jo. an. in. c. tua. de maio. et obe. Jtem an recepti in canonicum sub expectatione prebende. percipere debet quotidianas distributiões. Jo. anō. respicit ad nō. in. c. cum accessissent. de constit. et ibi videtur tenere q̄ sic. Idem hic Archidia. Tamē contrarium tenet in istis partibus consuetudo que est seruanda fm Guil. de mon. laudu. in clemē. fi. de p̄beñ. Quid autem si mandatarius specialem mandatuz habens ad hoc a sede apostolica mandat quem recipi in

canonicum.nec exprimit qua auctoritate Joh.de ligna.dicit q̄ videtur auctoritate legationis illud mādasse.per.c.mandato.supra de rescript. quod verum si illud potuit iure legationis .vt quia fuit cardinalis.si autem faceret tale quid.qđ non potest iure legationis. sed tamē id posset iure delegationis.tunc auctoritate apostolica cēsetur illud fecisse.facit.c.nisi essent.supra eo.t. ffin Dom̄

J postquam papa alicui contulit canonicatū et ei mandauit prouideri de p̄benda proximo in eadez ecclesia vacatura.ordinarius collator preben dam vacantem alteri contulerit forte ignorans gratiā apostolicam nō valet talis collatio.Cum ille cui papa contulit canonicatum ius habeat ad prebendam proximo vacaturā.que etiā p ipō est affecta.ideo eā petere potest.licet alteri sit collata.

Ex ter elicitur talis ꝓclusio. ꝑ collationem canonicat⁹ factaz a papa prebenda proximo vacans nulli alteri debita p impetrante est affecta. ꝓbatur ꝟ conclusio hic in tex.et in.c.eum cui. supra eodem.Ꝟ̄ per talem collationem manus ordinarij etiam ignorantis eam sunt ligate .sicut per decretum pape et eundem habet effectum talis collatio. quē decretū pape.vt.s.e.li.de rescp.tibi q̄.7 ibi dixi collatio igit ordinarij de hmōi p̄bēda altēi fca ñ valz.etiāsi ignorat talē p̄bendā collatā.forti⁹ si sciuit vt hic M̄ō ob.c.si cleric⁹.J.vex. s.eo.Quia dic hūc tex.itelligēdū fm illū.vt.s.p cedat nisi sic fact⁹ canonic⁹ fuerit negligēs.q̄ si essz negligens sibi īputaret negligētia vt ibi pz.Quid aūt si papa ꝓfert hmōi p̄bēdā alteri p⁹ collationē canonicat⁹ nō fca mētiōe de collatiōe canonicat⁹ arch̄.dic̄ q̄ nō tz collatio tc̄z surreptitie īpetrā.q̄ ñ p̄sumit papa p̄bēdā p alio affectā.7 sic ius alteri q̄sitū velle tollē.c.ex.pte .j.ō offi.del.Et aduerte q̄ qñ mādat̄ puidē alicui de pria vacatura.tunc ec̄ si tpe date aliq̄ vacat illa ō bet̄.vt ꝟ voluit.g.iij.Ad idē ē.g.ī cle.vnica de ꝓcess.p̄bē.sup verb.bñficia.Idē si mādat̄ puideri de p̄bēda.si q̄ vacat 7 nll⁹ vacat.ꝛz postmodū icipit vna vacare.q̄7 illa venit ꝟ gra.vt tz.g.j. in.c.dilect⁹.ij.s.e.qđ nō

Aduz papa cuidā epō legato in ptib⁹ gallicanis dedit ptātez q̄ possit aucte ap.recipē resignationē bñficioz ecclīastico rū ab ill⁹ q̄ īfra legationē suā ꝓstituti vellēt libē bñficia sua resignare.7 beneficia ipa possit idoneis ꝓferre ꝓsonis.p⁹ ea papa cuidā M̄.ō bonefam canōicatū leronien. ecc̄e q̄ ē situā in dc̄is ptib⁹ 7 p̄bēdā si q̄ tūc vacaret nll⁹ alij debitā ptulit.7 si nll⁹ tal⁹ vacaret ꝓrio vacaturā eidē. M̄.ꝓferendā refuauit.nec tñ fecit papa aliq̄ mētionē de dca ꝓcessiōe.Ꝛz apposuit decretū 7 dedit executores.p⁹ hoc q̄dē canōic⁹ leron̄.ecc̄e canōicatū et p̄bēdā illi⁹ ecc̄e resignauit ī manib⁹ dc̄i legati.q̄ legat⁹ eos cuidam p̄bro Guilhelmo ꝓtulit dc̄e ptātis vigore decreti ꝓuisiōis ac refuatōis pape ignar⁹.Executores āt dc̄i .M̄.si bi p̄bēdā eādē ꝓtulerūt.q̄rit cui debeat de iure.dns papa dic̄ q̄ spectat ad dc̄m. M̄.non āt ad p̄bm guilhelmum .Quod probat quinq̄ rationibus et duob⁹ similib⁹ ꝓma rō. quia. M̄.qui gratiam pape habuit prioz erat tpe igit potioz .Scda q̄ gra. M̄.erat spēalis .modo spēs de-

rogat generi .licet de genere in spe/cie derogante nulla fiat mentio Ter tia rō.quia etsi pape fuissz expositus de potestate dicti legati.tñ has litte ras pcessissz non facta mentione de potestate legati.Quarta rō.quia ab surdū essz tam late impediri litteras apostolicas'.nisi spēalem mentionez facerent de ptāte legati. Quinta.q decretuz qō erat in lris.M.maxime cū iā per papam essz canonic' effect' ligat statim ignorantes.cū nō esset sup īcerto beneficio.nec pēderet ex alieno arbitrio qui ius haberet ac/ceptandi.Ideo videtur p illud po/testas legati q̄ ad hoc bñficiū revo cata.etiā ab ignorāte.quod fieri po test.cū non agatur de pīudicio lega ti sz de lucro dicti Guil.bñficiandi. ergo non valz qō postmodum fecit legatus.Ad qō inducit duo similia. Primū.nam seruus calendari'.id ē pecunie mutuande prepositus post mortē dñi mutuās nō facit pecuniā accipientis.licz ptrahentes mortem dñi (per quā revocat seru') ignorēt Scōm silē.nam dñs qui pcessit ser/uo suo habē peculiū.statim cuz suaz mutauerit volūtatez perimit nomē peculij.Cōcludit igitur invalidaz es se collationem legati .Hoc.d.

Ex tex. elicitur talis pclusio. Quānis pape lega tus habeat spēalē ptātem pferendi beneficia.valēt tñ lre pape infra fi/nes legationis cōcesse ad bñficia.li cet in eis de ptāte legati nulla fit mē tio facta .Probatur hec pclusio h̄ tex.Nā licz papa tribuat alteri po testatē pferēdi bñficia aut aliū actū faciendi.tñ per hoc ipe non exuitur illa potestate.sed penes eum rema/net adhuc eadem et maior.vt hic in scōa parte tex.Et tunc potior est cō ditio poccupantis.que sola ratio es set sufficiens ad decisionem hui' te/xtus.Prima em̄ gratia generalis su it nihil actu continens.Scōa specia lis continēs aliquid actu.quia per eam effectus fuit ipse.M.cannoicus species autez actu extracta de genē. amplius sub ea non continetur .fm Joh.an.vt in regula generi j. de re. iuris.

Nota ex hoc tex.Q licitū ē arguere ab absurdo de quo hic in glō.verbi absurdum. Nā absurduz est illud ad qō absur dum sequitur.de quo argumētū .s. de offi.Archi.c.cū satis.et in.c.ij j.e. li.de homic.

Alia sepe pa

pa cōfert alicui canonicatuz alicuius ecclesie.et mandat ei prouī deri de prebenda cū vacauerit.secū do pfert alteri etiam canonicatū in eadem eccīa et mandat ei prouidere de prebenda et dignitate .persona/tu seu officio cum facultas se obtu lerit.et postea vacat in ecclesia pre/benda cuz dignitate.personatu.aut officio.Ideo vult papa primum (cum tempore anterior sit nec ei per secundum mandatum preiudicari debet) in prebenda vacante preferē dū.nisi esset annexa dignitati .per sonatui .aut officio vacanti.quo ca su deberet secundo impetranti Hoc dicit

Ex tex.elicitur. talis con clusio.In litteris ad beneficia pre fertur regulariter ille qui prior est

in data. Probatur hec conclusio ħ in tex. et in. c. hi qui. supra eodē. Et ratio est. q̄ per scōm rescriptum papa non intendit preiudicare p̄mo. etiam quo ad ius quesitum ad rem nisi de hoc faciat mētionē. c. q̄uis. s̄ e. li. de rescrip. Ex quo p̄z. q̄ etiamsi in casu hui⁹ tex. scdo essz collat⁹ canonicatus p papam et non p̄mo. tñ p̄mus essz in prebenda vacante p̄ferendus p̄m Archi. quia papa ponderat ħ anteriozitatez tp̄is. non potiozitatez gratie. qđ sequtur etiā Jo. de ligna. Fallit aūt hec p̄clusio in casu huius tex. in quo posterioz in data est potioz in gratia. Et rōnē fallētie dat hic. g. fin. q̄ etiam addit q̄t tuoz alios casus fallentie. q̄s vi. i. g.

Im in illis

personis q̄ ad būficia cu rata p̄moueri debent maioz idoneitas req̄ratur. q̄ in alijs. iō si papa mādat alicui p̄uideri de aliq⁹ ecc̄ijs. p̄sonatib⁹. dignitatib⁹. seu alijs bñficijs quibuscūq̄z. non p̄t ei prouideri de his q̄ habent curā animarum. nisi etiaz de cura papa fecerit mentionē expressam illis etiaz q̄bus papa mandat p̄uideri de personatibus vel dignitatibus etiā curā animarū habentibus. ad quozūcunq̄z prouisionem. presentationem. vel dispositionem spectantibus. prouideri non potest. de prelaturis. personatibus. et dignitatibus electiuis. Cum aūt magna si differentia inter collationem. presentationez. et institutionē. si mandet p̄uideri papa alicui de beneficio. ad collationem alicuius spectante. non potest prouideri de eo qđ ad ip̄ius presentationem pertinet aut institutionem. Si vero papa mādat alicui prouideri de beneficio spectante ad collationez vel presentationem aliquozum non adiecto p̄muniter vel diuisim. non potest ei prouideri de beneficio spectāte ad prouisionem alterius eozum tm̄. aut presentationem. sicut si mandatum esset prouideri de beneficio spectante ad collationem alicuius. non posset fieri p̄uisio de eo qđ spectat ad collationez ip̄ius p̄muniter cum tertio. Hoc dicit.

Prima con

Littere ad beneficia concesse non includunt curata nisi de eis fiat mentio expressa. Probatur hic in prima parte textus Et ratio tangitur hic in textu. quia maioz idoneitas in illis requiritur. facit. c. cum in cunctis. in principio. supra. de elect.. et. c. cum sit ars artiuz. de eta. et qualitate. Et procedit textus in mandato facto de prouidē do. secō in prouisione facta de dignitate aut personatu iam vacantib⁹. quia valeret dato q̄ non fiat mentio de cura ip̄ius. Ita tenent domini de rota in nouis decisionib. ccxij. Ratio quia hec gratia de vacante est vberioz. q̄ mandatum de prouidendo. de quo vide glosam. in clem̄ ij. eodem titulo. que videtur velle cōtra. q̄ nedum de beneficio. sed etiaz de qualitate eius fieri debz mentio Littere tamen ad beneficia simpliciter concesse includunt bene requirentia ordinem sacerdotalem aut alium certum ordinez. vt ħ in glō. iiij. z sequūt doc. q̄ tex. a sua generalitate

solū excipit bñficia curata.ergo alia includūtur.qđ limitat Lap⁹.nisi ita requirerent certum ordinē ꝙ nō deberēt ꝓferri nisi exñti in tali ordine. de q̄ dixi in.c.si ꝙ clericis.s̄.eo.ti.

Secūda có-Jn lr̄is bñficialib⁹ electiuū non includit.si alij modi ꝓuidendi tm̄ exp̄mūtur.Probat̄ h in.ſ. illis vero.Rō dubitandi fuit.q̄ hec verba ꝓuisio ⁊ dispositio.includere videnť omnē m odū ꝓuidēdi.fm.g. iij.in.cle.si.de elect.ergo ⁊ electio nē. Rō decidēdi est in tex.q̄ sum⁹ ī materia odiosa.c.q̄uis.s̄.e.ti.⁊ ꝛ.h in.ſ. cū ār.ergo stricta fiet interp̄tatio.⁊ vno mō ꝓuisionis exp̄sso.non venit ali⁹ diuers⁹.Differūt ei hi modi stricte loquēdo.Nā p̄tatio ptinet ad patronū.q̄ licz sit eccl̄iastic⁹.tñ vigore iuris p̄onat⁹ ꝓferre nō p̄t.h̄z p̄sentare tm̄.c.fin̄.s̄.de iure p̄onat⁹.Verba collatio⁊ ꝓuisio.sūt synonima.c. dudū p⁹ ꝑn.s̄.e.et hūt se in vim electionis ⁊ ꝓfirmatiōis.fm.g.in.c.ꝛ.s̄. e.li.de elect.et sic collator⁊ ꝓuisor ne facto alteri⁹ ꝓfert bñficiū.Dispositio aūt est generale verbū⁊ magis dubiū fecit h.⁊ sonat idē qđ ordinatio.et sumitur h ꝓ institutione.⁊ sic differt ab electiōe.quia elect⁹ instituitur ꝓ alium scz supiorē ꝓfirmantez electionē.fm.gl.in cle.ꝑma.ſ.ad h.e. ti.Quid autē si simplicit mandatur prouideri de bñficio?Dic ꝙ omnes modi vidētur includi.de q̄ p.g.ī cle. ꝑma.in verbo q̄uis.eo.ti.

Tertia con-Si in lr̄is impetratis ad bñficia.vn⁹ ꝓuidēdi mod⁹ fit exp̄ssus.ali⁹ intelligitur exclus⁹.Probat̄ ī.ſ.cū aūt.facit.c.susceptū.s̄.e.li. de rescp.et rō ꝑz in tex.Nō ob.si dicit.collatio hz vim p̄tatiōis ⁊ institutiōis.vt dixi in ꝑma ꝓcōne.ergo si grauat̄ q̄s in collatione.qđ ē pl⁹. fort⁹ in institutione aut p̄tatione qđ est min⁹.ꝑ regulā pl⁹ sp.ꝛ.de reg. iur.Dicit Jo.an.illa regula nō ꝓcedit in hac materia in q̄ forma māda tī oīo est obseruāda.vt ꝑz in.c.cui ō nō.ꝛ.e.Si tā papa mādat ꝓuidēi alicui de bñficio spectāte ad institutio nē epi.bñ includit spectās ad p̄tationē eccl̄iasticarū p̄sonarū ⁊ institutioni epi.Nō ob.h text.q̄ intelligit q̄n ad vnā p̄sonaz illi act⁹ referūtur. q̄ si ad diuersas referūtur vn⁹actus bñ includit aliū.facit qđ dicit instituta.de seruitu.rusti.p̄di.in p̄nc.ꝙ q̄ actū hz iter habz ꝛc.

Ultima con-Ẓre sim pliciter duob⁹ directe.alterū solū nō astringūt.nec directe vni duos afficiunt. Probat̄ h ꝓclusio in.ſ.si vero.Rō ꝑ me ptis ē.fm Jo.mō.q̄ pluralis locutio ē implicite copulatiua.sicut ē vniuersal locutio.l.si fu⁹.ſ.si pluriū ff.si quis cautionibus.secus in disiūcta.c.inter ceteras.supra.de rescrip. Rō scđe partis ē. quia illud qđ est ꝓmune non dicitur meū.de quo hic in glosa finali.Et dic hoc verum in materia odiosa.vbi verba sumūtur ꝓpꝛie.vt hic.Jn materia autez fauorabili ꝓmūe mihi et alteri potest dici meum.l.si quis seruos.ff.de legiij.fm Joh.de fautu.Quid autem si beneficium spectat ad p̄sentationem duorum successiue alternatis vicibus.et in litteris fiat mentio de vno tm̄.an potest fieri prouisio de illo.et Johan.and.dicit ꝙ sic. quia ipe habz p̄sētare illa vice.ergo includitur. Non obstat.c.fi.ꝛ.eo.quia

iste p̃tat vice q̃uia ibi vice capl'i.ꝛ sic sol⁹iste grauaꝫ hoc casu ꝫ Jo.an.

Jtibi absenti ꝓferatur b̃ficiuz p̃ tuū ep̃m non adq̃ritur tibi ius in tali b̃ficio nec p̃t dici b̃ficiū tuū. nisi collationem tibi facta habueris ratā. nō p̃t tñ b̃ficium alteri ꝓferri.nisi tu ꝓsentire recuses. etsi alteri ꝓferatur non valet collatio tāq̃ facta] de b̃ficio non libero.Si aūt ep̃us notificata tibi collatiōe.tibi p̃fixerit terminuz ad ꝓsentiēduz.poterit eo elapso nisi ꝓsenseris libere ꝓferre alteri tale b̃ficiū.q̃diu tñ non est alteri collatū. potes impedire collationē epi p̃stando tuū ꝓsensuz. Hoc.d.

Prima con. Absenti ꝛ ignoranti p̃t ꝓferri b̃ficiū.nō tñ est ip̄i⁹ nec dicit suū añq̃ sit acceptatū.Probatur ꝟ in tex. Et p̃ma ps ꝓbatur etiā in.c.accedēs.s.e.ti.et.c.gr̃a.s.e.li.de resc̃p. Et an valz collatio b̃ficij clandestina. Archi.tz ꝟ q̃ sic .qđ verū in simplicib⁹.sec⁹ in dignitatibus.ꝓbatur in.c.quia ap̃é.de elec.et ibi Jnno. Pau.tñ limitat dictū vel vt valeat clādestina collatio, si posset probari.alias secus. Jta voluit Jnno.in.d.c.q̃ p̃ter. Scđa ps huj⁹ ꝛcłonis pz q̃ approbatio collationis per eum cui fit.dat ei ius in b̃ficio vt dicaꝫ suū.etiaz añ adeptam possessionē.c.fi.ſ.de ꝓcel.p̃ben.qđ verū q̃ ad titulū.nō aūt q̃ ad dñium rerū b̃ficij.vt in.c.ij.s.de dona .facit decisio rote.xxx.in antiquis

Secūda con. Añ acceptatio nem nō adquiriꝫ dñiuz b̃ficij absẽti etiāsi collatū essz ꝓsanguineo absẽtis generali ꝓcuratozi aut negotiū gestozi. Probatur ꝟ iūcta.gl .ij.que vult.q̃ p̃ generalē ꝓcuratorem non adq̃runtur dñi b̃ficia. nisi post ratihabitionē dño.qđ veruz si dat⁹ est generalit̃ ad causas ꝛ negotia. Jta intelligitur.g.secus si dat⁹ fuerit ad acceptādū q̃cūq̃ b̃ficia.ſm Host̃. in.c.accedens.s.e.quia tātū facit gen⁹ q̃ ad omnia.q̃ntū ſpēale māda tū q̃ ad q̃dā b̃ficia.et seq̃tur Bon̄. Bz tñ fieri ꝟ ratificatio infra tēp⁹ īfra qđ dñs ꝓsentire deberet. alias nō p̃ dessz.p̃ nō.in.c.vt circa .et.c .q̃ fit.s. e.li.de elect.et tenēt dñi de rō .deci. cłxxxix.q̃ incipit. Jtē ad recipiēdū de ꝓsanguineo. Jdē ſm Host̃.quia licz lex talē agē p̃mittit.non tñ facit eū ꝓcuratorē.l.ij.ſ.i.ff.iudi.sol.et q̃ req̃ritur ꝓsenſ⁹ ꝓferentis ꝛ collati.c. cū inter canonicos.de elect.

Tertia cō. Bñficiuz collatū absẽti añ ei⁹ dissensū.nō p̃t ꝓferri alteri. Probatur ꝟ in versi.ipe.tamen.quod verum a quocunq̃ etiaz executore deputato alicui a sede apostolica .qđ probat hic textus dum dicit.quicū q̃ alius.argumeñ.c.solite .de maio. et obedien. Et ratio conclusionis ē. quia beneficium illud ante dissensū meum licet vacet. tamen non dicit liberum.imo est affectum.ſm Joh. monachi .ne alteri possit conferri. Ex quo patet q̃ beneficiuz quando q̃ dicitur vacans et liberum ꝛ tunc conferri potest infra tempora statuta.in.c.ij.supra. de concessi. preben. Quandoq̃ dicitur vacans non liberum.vt hic. Et quandoq̃ dicitur non vacans.et his duobus modis ꝓferri non potest.vt hic.ꝛ .c.j.ꝛ.ij.s. de ꝓcessio.preben.

Vltima con. Potest collator illi cui ꝓtulit statuere terminum infra quem nisi consenserit alteri poterit ꝓferre bñficium. Probatur inversi. sed si. qꝫ verum etiam si sit inferior eꝑo. aut alias nullam habeat iurisdictionem in eum. quia est actꝰ voluntarie iurisdictionis. ꝑm Joh. de lig. 7 Domi. Et debz hmōi collationis notificatio et termini statutio fieri ita ꝙ de eis possit plena fides fieri. etsi post lapsuz termini eps alteri ꝓtulit beneficiuz. 7 ille cui collatum fuit beneficium dicat se ante collationem adhuc ꝓsensisse. ipe tenetur probare ꝙ preuenit epm. vt ꝓbat textus. ibi. anteqꝫ tamē. ꝑm Jo. de lig. Nūquid autē eꝑus possit añ lapsum termini alteri ꝓferre sub cōditione. si non consentiat is cui primo fuit collatū? Dic ꝙ non. vt ħ in glosa verbi personaz. Item an si dissentiat ille cui terminus fuit statutꝰ postea tñ re adhuc existente integra vult ꝓsentire. vidē. hic in glō. penulti. que tenet ꝙ sic. quam tenent ꝓmuniter doctores. nisi etiam renunciasset. quia tunc ius suū essz extinctum omnino. vij. q. j. qꝫ periculosum. s. de renūtia. ex transmissam. ideo amplius non reiuiuiscit

e **Am qui be-** neficiū curatum vi occupat aut se iniuste scienter intrudit in eo. vult papa ipo iure esse ꝓuatuz beneficio curato ꝓsimili. qđ primitus obtinebat. ne stultus meliozis cōditionis qꝫ prudens existat. et vt temeritas talis violenti qui ꝓpria auctoritate occupat beneficia eccłiastica. etsi non amoze virtutis saltem refrenetur formidine pene. vult papa ꝙ ab omni iure quod in beneficijs violēter occupatis aut ad ea habuit. debeat eo ipo cadere. Hoc dicit.

Pria . Intrusus aut per vim occupans beneficium curatuz, ipo iure ꝓuatus est beneficio quod ꝓius habuit cū simili animarū cura. Probatur hic in ꝓma pte tex. 7 ratio patz in tex. Non habz ergo locum in occupante per vim beneficium simplex. vt ħ in. g. ij. Et an habeat locum in occupante personatum non curatū. videtur etiam ꝙ nō. quia loquitur de curatis. Sz Pau. tenz ꝓtrariū. et sequitur Domi. quia tex. emanauit ad declarationē. c. de multa. s. eo. tit. sed qđ ad ꝓtenta in illo. c. de multa. idem ē iudiciuz de dignitatibus ꝑsonatibꝰ et curatis beneficijs. ergo 7 ista in omībꝰ illis locū habz. facit. gl. iij. c. is q. s. e. li. de elect. et facit ħ ter. ꝙ sit dra iné vim occupantē bñficiū. 7 intrusum Mā hñs canonicū tituluz. si p vim obtinet bñficiū. 7 illud ingreditur sua auctoritate. alio reſistente puta possessoze. dr̄ vim facere. nō tñ cēſet intrusꝰ. qꝫ itrusꝰ dr̄ q sine titulo occupat bñficiū. qđ nō p rescptis. qꝫ dicūt dū tñ nō fuēit itrusꝰ. Et an subditi tenenť intruso obedire. 7 ꝺbito res ecce teneanť ei solvē. vi. p Jo. an. i. c. i lr̄is. ꝺ resti. spo. et ħ p arch. q distinguit. ꝙ aut iste facit aliqđ seu agit noīe ꝓpo. et sic nō ē audiēdꝰ. aut noīe dignitat. 7 sic donec ꝓuictꝰ fuerit de mala fide. aut violentia ē ei respondendū. de quo ħ p doct.

Secūda cō. 7 si. Ipo iure amittit quis bñficium. si ꝓpria auctoritate occupat illud. qꝫ is sit sibi debituz Probať ħ in fin. tex. Et idē in eo q itrat ꝓpa auctoritate possessionē rei

sibi debite.aut sue apud aliū pstitu te.vt in.l.si quis in tātā.C.vnde vi. Et intellige hanc pclusionem nisi p violentiaz ingrederetur auctozitate iudicis.z non sua propria.q tūc nō pderet ius suū.vt nōt Jo.an.in.c.ex parte.de arbi.Et sic pbatur ħ manifeste fm Archi.q pfirmat⁹ añ in stallationē.de qua in.c.vt nostrum. vt eccle.bñ.sine di.pfe.non p̄t sine pena administrare.de q̄ ħ pleni⁹ Joh. an.Sētit tamen ħ Lapus q aut qs ingreditur possessionē beneficij sibi debiti vacuā ppria auctozitate z nō pdat ius suū.licz p̄t argui q non recepit ab eo qui potuit pferre.Nam tex.in scda parte solū loquitur de violento.vt hic in glosa verbi violēti aut ingreditur possessionē quā ali⁹ detinet illo inuito et ptradicente.et sic dicitur violent⁹.et ptra eū ppetit inēdictum.vñ vi.vt in.c.cū ad sedez. de restitu.spo.et sic loquitur ħ tex.in scda pte .et ħ distinctio ē eq fm doc.

Nota hic ex text.q stultitia non excusat a delicto aut a pena.qō veruz intellige.qñ nō pcedit ex defectu naturali aut sēsus. vt in.c.maiozes.in fi.de baptis.z cle. si furiosus.de homici.

Item nota hic glō. in verbo formidine.q ponit tri plicem timorē seruilē.filialem.et ini cialem.et dic vt in ea.et in.c.si quis seta.de peñ.dis.ij.vbi dicit .q sicut seta introducit filum.ita timoz charitatem

S cui conceditur auctozitate aplica vt possit alicui p sone idonee puidere in sua eccia vel in alia.non p̄t puidere alio sufficiens bñficium obtinenti.nisi illud p mo dimittat.aut gratia cōtineat q etiā beneficiato puidere valeat.quo casu p̄t prouidere hñti solū vnicum benficiū.dūmodo illud non sit curatum.Si autē pcedatur q prouideat de beneficio alia beneficia habenti. debz illa pluralitas solū ad duo beneficia non curata restringi et pui sio ptra predicta facta nulli⁹ est momenti .Doc.d.

Scdã ꝯ. Non pũt fratres existentẽ infra annũ ꝓbationis inuitũ retinere ꝙn possit ad aliam religionẽ aut etiã seculũ redire nisi ꝓstet ꝙ seculum voluerit mutare. Probat hic post ꝓncipiũ. Duo aũt indicia ex quibꝰ ꝓstare ꝑt quẽ voluisse seculo renũciare ponit ꝯ gl. vbi indicijs. vt si renunciauit bñficio. aut si disposuit in testamẽto de bonis suis omnibꝰ. Et quid si hoc casu egredit. an ꝑt testamentũ mutare? vide ꝯ per Bonꝰ. Alia indicia ponit Jo. an. in. c statuim⁹. s. eo. sup glo. ij. videlz si cõstitet ꝙ tpe ingressus habuit animũ dimittendi seculũ. Item si in ingressu illud exꝓssit. Itez si se et sua exꝓsse monasterio obtulit. Itẽ si ꝓpꝛijs omnino renũciauit. Itẽ si castitatez. obedientiã solennit ꝓmisit Itẽ et ſm Bomi. si magnã tonsurã sibi fecit ꝙa illa est signũ cõuersionis. et nõt glo. xxiij. distin. clerici. et in. c. ij. sup e. ti. Jn dubio aũt hec volũtas non ꝓsumit. ideo monasteriuz dicẽs illud teneꝰ ꝓbare eam vt hic in tex. aut clara ꝓbatione aut indicijs ꝓpetentibus. que non faciũt tñ claram ꝓbationẽ vt hic patet Et hoc nõdum ꝑ statutis clarã probationẽ requirentibus ſm Bonꝰ. Et quodlibz signũ euidenter ostendens quẽ velle vitam mutare. inducit ꝓfessionem. si fiat per existentẽ ī religione vt hic. facꝰ. c. consulti. sup eo. Jntellige religioni in genere. non aũt in specie.

Vltima cõ. Contra hãc cõstitutionẽ professus. religioni in genere ⁊ nõ in specie est obligatus. Probatur hic in fi. tex. Licet igit taliter professus non teneꝰ manere in ordine quẽ est professus vt hic. tñ in genẽ religioni professus est. vnde possunt fratres agere cõtra eũ ad hoc ꝙ nõ maneat in seculo. sed ad aliquã religionẽ cõuertat. Nõ verũ. si non deliquerũt agentes cõtra eum. vt quia ex indicijs apparuit ꝙ seculuz mutare voluit ſm Archi. ⁊ Jo. an. An aũt iste post annum deferẽdo habitũ obligeꝰ ī specie religioni. quã est professus et sic ratificeꝰ professio prius habita. iuxta. c. sup proxi. Lapꝰ tenz ꝙ non. quia ex culpa prime professionis suspensi sunt recipientes ī futurũ a receptione professionis vt hic in text. ergo nõ fuit qui postea professionem recipet. et se solo non ꝑt quis profiteri ꝑ nõ. in. c. consulti. supra eo. ti. Itez si post annũ possent recipere eũ. lex esset verbis tñ imposita. quia qñ inualide receperũt aliquem. anno continuato valeret receptõ. Est ergo necessariuz ꝙ anteꝙ recipiaꝰ vicium

purgetur.et q̄ prius aliud monaſteri um ingrediat.7 poſtea poterit in pri mo monaſterio recipi.facit ī ſiñ.c. cō miſſa.s̄.eo.li.de elect.Et hec ꝓcedunt niſi deꝰ capacitas ex pte recipientiuz quia alius datus eſt potens recipere ꝓfeſſionē ſm Bon̄.Per hec etiā pa/ tet magna limitatio ad.c.s̄. proxi.vt non loquat in mendicantibus p iam s̄.dicta Et triplicē penā facientiū cō tra hanc ꝓſtitutionē.vide hic in text. 7 de ſuſpenſione recipientiū quē.con tra hanc ꝓſtitutionē.dic q̄ ab ea ſolꝰ papa abſoluit qui ligauit.Nec ob.h glo.que dicit ſuperiorez abſoluere.q̄ non peccauit.p.c.nup.de ſen.ex. quia illud.c.non habet locū in inferiorib⁹ ab epīs ſm Fred̄. de ſenis ꝑ ſuo.xv. Nā a ſñia canonis nō poſſunt abſol/ uere inferiores epīs.niſi ī caſibus ex/ preſſis vt ibi p eum.Ab alia autē ſuſ penſione iuris abſoluūt epī.niſi ſit fa cta ad certū tp̄s.prout eſt glo.in.ℱ. ce terū.s̄.eo.li.de elect.in.c.cupientes.et in.cle.i.de hereti.Itē hac ſuſpenſione durāte recipientes quē ad ꝓfeſſionez nō ſūt irregulares ſm Jo.an.7 Bon̄ q̄ iſta ſuſpenſio nō ꝓcludit ad actum attributū certo ordini.q̄ abbatiſſa 7 abbas nō exiſtens in ſacris ex diſpen ſatione pūt recipere quē ad ꝓfeſſionē vt in.c.tuā.de eta.et qual.ſm Archi. ℱ.c.prox.7 ſic irregularitas ex hoc nō incurrit per ea que habent in.c.fi.ſuꝑ de cler.ex.min.et facit.c.is qui ℱ.eo.li. de ſen.ex.Alie pene ſūt clare ex tex.

onſtitutionē

.c.ſuꝑ primi de non recipi endo quē ad ꝓfeſſionez in ordine p̄dicatorꝫ 7 minorꝫ ante ꝓbati onis annū.extendit papa ex ſimilitu/ dine rationis.ad ordines aliorū men dicantiū.Sed in aliis ordinib⁹ pōt fi eri licite profeſſio infra annū ꝓbatio nis tacite vl̄ expreſſe.Sed expreſſe fa cta religioni in ſpecie.ꝓfitentem obli gat.Tacite aūt facta. per ſuſceptionē habitus profeſſorū infra ꝓbationis annū.ſolū obligat ꝓfitentē religioni in genere.ſi ſit etatis apte.ſciēs. volū tarius.ac triduo ꝓſeueret.Hoc dicit

Prima con-Conſtitu/tio ſupra proxima ex paritate rationis ad oēs mendicātes eſt extenſa.Probat hic ī ṗn.et facit ſm glo.hic q̄ extrauagās Sup cathedraz. que hodie habet in cle.du dū.de ſepul. non habeat locuz in Auguſtineñ.et Carmelitis.q̄ ſolū loquit in p̄dicatorib⁹ et minorib⁹. nec ad alios mēdicātes reperit exten ſa ſm gl.Sed dic q̄ hodie p Clemē/ tem.v.fuit extēſa ad Carmelitas.7 p Jo.xxij.ad Auguſtineñ.Ita dic Jo. an. hic ſup glo.ſibi conſtare. et idem nōt ℱ.de reg.iur.in regula.que a iure. et notant doc.in alleg.cle.dudum.

Scdā ꝫ.7 fi. Quāuis ī or/ dinibus nō mendicantiū infra annuz ꝓbationis profeſſio expreſſe facta obliget religi oni in ſpecie.tacite tñ p ſuſceptionem habitus ꝓfeſſoꝝ facta.obligat religi/ oni ſolū in genere.ſi concurrāt in tex. enumerata q̄nq̄.Probat hec conclu ſio hic in.ℱ.in aliis.Et rō prime par/ tis eſt. quia talis expreſſa profeſſio ē votū ſolenne.c.vnico ℱ.de voto Jdeo compellit profeſſus ad ipſius executi onē.c.ex parte.in fi.ℱ.de conuer.ꝓiug. Differt ergo hec exp̄ſſa ab ea que fit in ordinibus mendicātiū infra annū quia illa ſolū obligat religioni in ge nere.vt ſupra.c.prox.Jn tacita autez p habitus ſuſceptionē facta infra an

hum non est differentia vt dicit ħ gl. in ver. obligat. Nec loquit̃ tex. hic de tacita professione. que inducit̃ per dilationez habitus annalem. de qua in .c.i. supꝛ eo. quia in illa non requirun⁹ tur hec quinq; de quibus hic in text. scilicet habitus professorũ. receptio. etas legitima. de qua in. c. i. supꝛa eo. et ꝙ scienter fiat. Item ꝙ non fiat co acte. Item ꝙ et det̃ perseuerantia tri⁹ dui. Sed ⁊ his concurrentibus infra annũ probationis habitum professo rum distinctum suscipiens solum ob⁹ ligatus est religioni in genere. nõ aũt in specie. Ideo religionem cuius ha⁹ bitũ assumpsit potest dimittere et ali am intrare. Adeo tamen religioni est obligatus ꝙ si dimissa assumpta an⁹ teq̃ aliaz intrat contrahat matrimo⁹ niũ. illud non valet fm Joh̃. an. de q̃ supꝛa eo. c. consulti. et tenet Spe. in ti tulo de sta. mo. versi. xliij. ⁊ Bom̃. licz Caspar de caldri. tenuit contrarium et ibi vide Panoꝛ. Quid de eo qui in greditur religionem animo dimitten di seculũ si contrahat an diriminit̃ ma trimoniũ? Et videtur ꝙ sic per. c. supꝛ proxi. In cuius autẽ manus fieri pos sit professio. vide per Jo. an. in. c. poꝛ rectum. supꝛa eo. et per doct. in. c. cõsu luit. supꝛa qui cle. vel vouẽ. quia ī ma nu abbatis. aut epi aut alteri⁹ de mã dato eorum. et etiam in manibus ab batisse fm Archi. per dictũ. c. consulu it. de quo in. c. vidua. xx. q. i. et. q. ij. c. statuimus. in glo. vbi videtur ꝙ fieri debeat in manus presbyteri aut mini stri recipiẽtis nomine abbatisse. ⁊ ita videmus fieri.

Eneficium e ius qui reli⸗

gionem ingreditur infra annum pro⸗ bationis non est alteri conferendum nisi cum ipsius consensu. aut si cõstat ꝙ seculũ voluit dimittere. aut profes sionem expresse fecit. aut habitum ꝓ fessoꝛum scienter recepit. debet tamẽ interim beneficio per aliuz deseruiri. cui de prouentibus congrua portio debet assignari. Hoc dicit

Prima ⁊ Beneficium re ligionez ingre⸗ dientis. non est alteri conferendũz in fra annũ probationis. nisi in quattu⸗ oꝛ casibus hic expressis. Probatur ħ Et capitur hic beneficiũ large vt eti am maioꝛa beneficia comprehendat. Facit regula prima ff. de regul. iur. Et fm Jo. and. missa fuit hec decret. Ca pitulo parisien. vbi fuit de facto cas⁹ quia Canonicus ingressus fuit ordi nem Predicatoꝛ. qui fuit requisitus infra annum probationis ab epo vt aut profiteretur. aut resideret. Cano nicus autẽ dixit. in hoc ordine infra annum profiteri non liceret. exire nõ decet. renunciare non placet. sic epus alteri suũ beneficiuz contulit. et male vt hic patet. Potuit tamen esse rõ du bitandi id quod hic notatur in glo. magna in prin. quia in. c. ex transmis⸗ sa. de elect. fuit beneficiũ ingredientis religionem alteri collatum. et tenuit collatio. Sed dic vt in gl. ꝙ ibi renũ⸗ ciauit ingrediens beneficio. et sic ani⸗ mo seculũ dimittendi constabat eum intrasse. Et sic sumus in vno casu hic excepto. Etsi dicaꝭ tunc male fecisset papa mandando in eo. c. ex transmis⸗ sa. ꝙ iteruz ingrediens recipiatur ad beneficiũ. Dic ꝙ renũciauit cum pro testatione ꝙ per talez renunciationẽ non intendebat se obligare etiam re⸗ ligioni in genere fm doct. Et nota ħ

glo.magnā.que primo dicit ingredi/ entē religionem infra annū probatō nis non renunciasse gratie sue per in gressum.quā etiaz tenet Domī.ex quo non est professus. Item tenet glo.q̄ beneficium seculare non posset cōfer ri novicio Dō Lap.intelligit verum de simplici.secus dic in curato ad qō eligi potest.etiam professus expresse. aut tacite.vt.xvi.q.i.c.sic vive.Sz de regulari beneficio.dic q̄ illud sibi cō ferri non potest hodie per tex. i clem ne in agro.§. sane.de stat.mō.vbi tex. vult q̄ non.nisi expresse p̄fessis talia conferri possunt. Item tenet hec glo q̄ tempore probationis retinens be/ neficium non est vocandus ad electi onem prelati.ḡa apparet q̄ non vult venire illo tempore. et sequunt com/ muniter doc. Aliud tamen esset i pa/ trono s̄m glo.qui iuri singulari pre/ sentat.non iure collegij.facilius enim tollitur ius collegij q̄ singulare c.cuz omnes de consti. Item an iste fruct' beneficij percipere debz tempore p̄/ be.vide hic in glo.finali.que tenet q̄ non. Quod verū s̄m Domiñ nisi mo nasterium in quo probaret iste ꝛligi onem non haberet de quo possit mi nistrare p̄nti alimenta quia tunc iu/ stum esset q̄ illi darentur fructus s̄m dominicum

Ultima ℣ Beneficio in gredientis re/ ligionem extra casus quibus inducit vacatio per vicarium i seruitio ē pro uidendum ℣Probatur hic in fi.tex.fa cit c.cum ex eo.§.e.li.de elect.

q **Ji post votū** de ingrediendo certaz religi onem p̄stitum aliam etiam laxiorē ingreditur potest licite remanere i ip sa.non obstante primo simplici voto quia per sequens votum solenne itel ligitur derogatuz illi.pro voto tamē non impleto debz ei penitētia impo ni. Hoc dicit

Ex tex-elicitur talis conclu/ sio. Votuz de certa re ligione intranda est simplex et tollit̄ per sequens votum. etiam emissum i laxiori religione. ℣Probatur hic in te xtu.penitentia tamen imponitur ei q̄ non impleuit votū vt hic.et in.c.me/ minimus.supra qui cle.vel vo. Item posset religio de qua votum est emis sum hunc vouentez compellere ad in gressum.imo si certam non vouisset in trare.sed i genere religionez. ecclesia illum cogeret ad profitendū aliquaz s̄m doct.de quo Jo.an.post Innoc. in.c.ex parte.de censi. Nec iste vouēs ingrediendo religionez videt eo ipo p̄fessus solenniter. quod probat h̄ tex.dum dicit et profiteatur. et sic co pula.et.requirit preter ingressuz pro fessionem s̄m Arch.de quo per Host. et Jo.an.in.c.p tuas.supra de voto. Fran.de zaba.dicit in.c.meminimus alleg.q̄ talis vouens intrare certam religionez satisfecit voto eo ipo q̄ in greditur et habitum suscepit licet po stea ex causa exeat Dō etiā videtur ꝛ Inno.goff.et abba in.c.statuim'.§.e. q̄ voluerunt q̄ per ingressum et habi tus susceptionem profiteri intelligere tur et quo ad matrimonium post cō tractum dirimendum de quo hic La tius per dominicum

Jad soluz ab batem pertinet monachoruz creatio nō potest nouus mo nachus assumi a conuētu.eo mortuo secus si simul ad vtrunq̄ spectet mo

nachoꝝ creatio. Hoc dicit.

Ex tex. elicitur talis cōclusio. Conuent⁹ nouū monachum recipit vacante monasterio. si cōmuniter ad abbatem⁊ conuentū spectet monachoꝝ receptō. alias nullo modo. Probatur hic in tex. Capitulū enīz non succedit in spectantib⁹ ad prelatum singulariter ⁊ iure speciali. facit. c. vnicum. supꝫ eo. li. ne se. vac. Ad quem spectat de iure ꝓmuni monachoꝝ receptio. Dicit hic glo. ij. ꝙ cōmuniter ad abbatem et conuentuz quam etiam tenent Jo. mo. et Archꝫ. et Senf. Jo. an. in. c. ad aplicam. supꝫ eo. sentit ꝙ de iure ꝓmuni abbas per se aut alium habet recipere professionem monachi consultis fratribus. et sic ibi aliter sentit q̄ hic. et pro hoc facit illud. c. ad aplicam. ⁊ c. porrectū supra eo. que loquunt ꝙ ad abbatez pertineat. Facit etiam. c. nullā. xviij. q. ij. vbi dicit ꝙ tota dispositio monasterij spectat ad abbatem. Nec ob. c. ea noscit. supꝫ de his que fi. a prela. ꝗa loquit in presentatione spectante ad ecclesiam. quā abbas facere debet de consensu Capli. alꝫ non valet. Et in hanc opi. declinat Panor. in alleg. c. Ad aplicam. qui dicit ꝙ si de isto habeatur consuetudo in monasterio. illa seruet. qua cessante dicit ꝙ abbas de consilio fratrū debet recipere monachum. Fatet tamen ꝙ non tenetur sequi consilium. ꝫ sufficit petere et expectare. alias nulla est receptio. alleg. c. cum olim. de consue. et. c. cum in veteri. de electi.

De voto et voti redemptione

Quod vo- tum sit solenne declarat hic papa dicens ꝙ exquo matrimonium institutū est a deo in paradiso. et solennitas voti inuenta est ex constitutione solius ecclesie. Ideo quo ad dirimendum post contractum matrimoniū. solenne dicitur votum. quod est solennisatum per susceptionem sacri ordinis. aut per professionem expressam. aut tacitā. factā alicui de religionibus per sedez apostolicā approbatis. Reliqua vota q̄z nis impediant matrimonia cōtrahē da. et quāto manifestius sunt emissa. transgressores propter scandalum debeant puniri duriori pena. non tamē dirimūt matrimonia post contracta Hoc dicit

Prima ꝛ. Matrimonij sacramentuz a deo in paradiso institutū in statu innocentie recepit vnitatez et indissolubilitatis vinculū. Probat hic in ꝓn. Et intellige de ꝓma institutione ipsius que fuit ante peccatum ad procreationem sobolis. et per ꝟba Ade ore prophetico prolata. de quibus in gl. ij. Fuit aūt matrimoniuz scdo institutum etiam post peccatum extra paradisum ad vitandam fornicationē. de quo. xxxij. q. ij. ī sūma. et ℣. his ita. Ex quo patent due excellentie matrimonij vltra alia sacra. de quibus dātur metra. Ex auctore. loco. medicina. tē pore. signo. Causa cōiugij patet excellentia casti. Et sic sunt sex excellentia. Prima scda et quarta patent ex tex. quia a deo in paradiso. et in statu innocentie fuit institutū. Tertia ⁊ sexta patent ex iam dictis in ꝓclusione ista

Quinta de ſigno patet in.c. debitum ſupra ꝺ biga. De indiſſolubilitate dicit Quos deus coniunxit homo nō ſeparat.ſuꝑ de tranſla.prela.c.quāto. 7.c.inter corporalia.Et qui dimiſerit vxorem ſuam excepta cauſa fornicationis.facit eam mechari.c. ex publico.ſupra de conuer.coniug. Et intelige poſt conſūmationem eius. quia poteſt diſſolui ante conſummationē per ingreſſum religionis alterius cōiugum.vt in alleg.c.ex publico.et hic in glo.magna.nō tamen per ſuſceptiōnem ſacri ordinis vt determinat eadem glo.ꝑ qua hodie eſt tex.in extravagañ.Jo.xxij. que incipit Antique. que determinat vt hic gl.

Scda ɔ. Solenniſatio voti per ſuſceptionem ſacri ordinis.aut profeſſionem factam alicui de religionibus per ſedem apoſtolicā approbatis a conſtitutione eccleſie inducta.poteſt neduz impedire ſed etiam invalidare matrimonia ꝓ contracta.Probatur hic in tex.Et ſic licet matrimoniuz contractum papa diſſoluere non poſſit.c.inter.de trāſl. prel.et dixi.ſupra.tamen poteſt inducere impedimentum ante matrimonium contractum quod dirimit etiam poſt contractum.vt hic patet. Nam et alias ad contrahenduz facit inhabiles.quod patet in plurimis impedimentis matrimonij.c.ſuper eo.ꝺ cognatio.ſpi.c.nō debet.de ꝓſang.et aff. cū ſimilibus.Et ſic habemus hic ꝙ q̄ ad mrimonia poſt contracta dirimēda votuz duobus modis dicit ſolenne qui patent in tex.q̄nis et alias votum poteſt fieri cuz ſolennitate. puta cuz miſſa.cū letanijs aut ſimilibus ſolennitatiꝫ.de quibus i.c.meminim' qui cler.vel vo.tamen tale non habet effectum dirimendi matrimonia poſt contracta vt hic patet. Quare autez votum ſimplex.non dirimit ita bene matrimonia ſicut ſolenne. cum tamē equaliter ligent quo ad deum. vt i.c. rurſus.qui cle.vel vo.dicunt doct.ꝙa publice honeſtatis iuſticia requirit hoc.ꝙ votū ſolenne dirimat.quia inhoneſtum eſt oblatuz deo per monachatum aut ſacrum ordinez.xciij.diſt. cū in preterito.et.c.ſequē.poſſe cōtrahere mrimonium.cum dominiū corporis ſui videatur translatū in deuz. que ratio ceſſat in voto ſimplici non veſtito ſolennitatibus illis.per quas dominiū corporis videtur transferri Ex quo patz ꝙ votum non ex ſui natura.ſed ex conſtōne eccleſie habet dirimere matrimonia.7 probat hic tex

Altima ɔ. Votū ſimplex continentie.licet habeat matrimonium impedire. non tamen poteſt poſt contractuz dirimere. Probatur hic in fi. Si igitur dimittens votum ſimplex continētie contrahit poſtea matrimoniuz. licet peccat.tamen tenet matrimoniū. Et debet talis exactus debitum reddere quia illud neceſſitatis eſt.non tamen poteſt ſine peccato exigere. quia illō volūtatis eſt.et ſic ex primo votū frāgit ſm Archiꝫ.de quo xxvij.q.ij.c.de viduis.et in.c.rurſus.ſupra qui cle.vt vo.vbi Jo.an.dicit iſtud durū eſſe.ſz dicit equum dicere.qui etiaz talis poteſt debitum exigere.quia votuz ſimplex per matrimoniū ſubſequens tollitur.acſi nunquaz eſſet emiſſum.Jtē quia eccleſia compellit eum manere. etſi peccaret exigendo pararetur ei laqueus.contra ca.nerui.xlij.diſti.facit

.c.penul.supꝫ ti.i.Et sic soluꝫ de fracti one voti debet imponi isti penitētia et cessare debet obligatio voti.ꝛ illō sequitur Jo.cal.Idem Fran. dicens ꝙ tutioꝛ via est petere dispensationē super voto.sed Jo.an.opi.est varioꝛ. Primā tamen opi. Archi.tenet sanctꝰ Tho.in.iiij.sententiaꝝ.dis.xxviij.arti. iiij.ꝛ Caspar calō.

De statu monachoꝝ ꝛ canonicoꝝ regulariū.

Periculoso

statui monialiuꝫ qui honestatis habenis. monachali modestia ac sexus verecundia abiectis.extra sua monasteria per habitacula personarum secularium discurrunt cupiens obuiare papa Statuit ꝙ oēs moniales cuiuscunqꝫ sint ordinis.aut in qbuscunqꝫ mundi ptibus existentes debent pmanere de cetero sub perpetua clausura.nec ynq̄ monasteriū possit exire aliqua.nisi tali morbo ꝙ non possit sine periculo. aut scādalo cū alijs pmanē laboraēt aliq̄.nec alicui psone honeste. aut inhoneste pateat accessus ad ipsas.nisi rationabilis subsit ꝛ manifesta causa Prohibꝫ etiam ne in monasterijs oꝛdinū non mendicantiū plures recipiantur ī soꝛoꝛes ꝙ̄ de bonis monasterij sustentari possunt.et contra factuꝫ decernit irrituꝫ. Hoc dicit vsqꝫ ad.ℱ. sane.

Prima con- Monialles ꝓfesse vbicunqꝫ sint. debēt sub ꝑpetua clausura permanere.nec possūt exire. aut alij illam intrare. Probatur hic in.ℱ. i. Et est vera regulariter. fallit in casibus hic positis. Primo si monialis laboraret ill morbo. ꝙ sine periculo aut scandalo infra clausuraꝫ stare nō posset.vt si eēt leproſa aut simili morbo infecta.vt hic in versic.nisi. Secō fallit ſm glo.hic in verbo perpetua. si velit intrare aliaꝫ religionem iuxta glo.in.c.cum singula.supꝫ eo.li.de pb. et que ibi dixi. Idem si eligereť ad regimen alicuius mōsterij.intellige eiusdem religionis et habitus.iuxta cle.i de elec. Tertio in casu.ℱ.verum ſ.eo.c. Quarto posset dici ꝙ cessaret hec cōstitutio.nec ligaret in illis partibus ꝛ locis vbi non est recepta. pro hoc.c. leges.et.ℱ.statuimus.iiij.dist. et notať in.c.i.de treu.et pa. Et dicit Jo.and. ꝙ ferť ꝙ non sint recepta ī partibus gallicanis.et vidit eam etiaꝫ venetijs nō obseruari. Quinto possunt alij ingredi monasteria monialiū.qñ subest rōnabilis ꝛ manifesta causa.que duo debent ꝓcurrere. et reqrit etiaꝫ vlē licentia specialis illius ad quez ptinet vt hic in versi.nulla qꝫ. Et que sint tales ꝓsone vide b in glo.vbi causa. Et quō potuit papa monialibꝰ strictioꝛem vitam imponere.vide hic in glo vbi pītes.quā nō. Imo religiosis in uitis pt districtioꝛ vita imponi ꝑ papam.non āt secularibꝰ.vide Panoꝛ.ī .c.cū olim.supꝫ de cle.piu.ꝛ gl. in regu

la q̄ oēs.in fi.j. Et habem⁹ ex gl. v̄bi cā.et.s. dictis q̄ papa multa p̄t circa religiosos.in vestib⁹.cibis. clausura. et alijs.q̄ sunt de bonis fortune.referuatis tñ naturali sustentatione,et substantialibus regule de quib⁹ in.c.cuz ad monasteriū.de stat.mo. Jn bonis āt nature.gr̄e glorie non est tāta potentia pape q̄ sibi deus reseruauit fz Jo.andree

Secdā ? Potest monial' grauī infirmitate detenta superiore absente de p̄sensu monialiū exire.superioris l̄īa non obtenta Hāc p̄clusionem tenet hic Bom̄. Et intelligit q̄ñ in breui superioris licentia haberi non p̄t.vt quia ē in remotis.et infirmitas est grauis et manifesta.etsi p̄t curari.potest exire ad t̄pus donec cureť.et postea redire tenetur. Ad hoc ℣.j.prox.vbi exire abbatissā admittitur si per alium homagiuz p̄stare non possit.dum tñ statim reuertať.ita et hic. Nec tex.hic loquens de infirmitate facit mentionē de licentia Ergo non videť hoc casu necessaria nec talis exiens ligať excōicatione. si que lata sit in exeuntes.q̄ nō est verisimile q̄ proferens voluit p̄zehendē hunc casū nēarium fm eum.facit glo in.c.cū sup.de testi.cogē. Si tñ in breui p̄sensus superioris p̄t haberi debet requiri.quia cū iura prohibeant monachum exire monasteriū sine licētia superioris.xvi.q.i.ca.monachi. Licet lex certo casu disponat q̄ liceat exire.requiriť tñ licentia superioris per alia iura.que in egressa licentiaz talē requirūt fm Bom̄

Tertia ? Ut quis possit intrare clausuram monialiū ex causa iusta.aut si monialis exire possit.debz specialiter a superiore l̄īa esse petita et obtenta. Probať hic fm Arch̄.et Jo.an. Nec hoc casu abbatissa potest licentiam hanc dare.quia ipsa ad clausuram artatur ergo contra eam non habet facere.fz Jo.mo. Jlle igiť superior potest eam dare qui clausuram habet facere vt ℣.eo.℣.qm̄ p̄o hoc.c.preterea.de offi. dele. Et talis debet esse approbat⁹ ab ep̄o.vt in ca. qui religiosis. xviij.q.ij.

Altima ? Tot moniales in monasterio non mendicantiū debent recipi quot possunt absq̄ penuria de bonis monasterij sustentari. Probatur hic in.℣ sane. Nec valz receptio vltra facta vt in eo.℣. Et sic potest papa irritare votum in religione emissum.quod verū quando prohibitio votū p̄cessit.vide in.c.cuz ad monasteriū.in fi.de sta.mo. Et patet hic quasdam etiaz esse moniales mēdicantes.contra Guil.de mon.laud. in cle.i.de regula. et de hoc ibi Fran. qui dicit q̄ bene possunt esse moniales que habent regulam mendicantium vtb.nō tñ debēt mēdicare. vt voluit Guil. Et quō hic text.loquiť de penuria.nō de commoditate. vide b in glo. Et fm Bom̄ facit hic ℣.q̄ questione Jo.de deo li.iij.q.x. vbi tenuit q̄ si monasterium sit institutū.solū ad recipiendū meretrices penitentes nō tenet receptio virginis dicentis se meretricem.nec posset ibi saluari fraude durante.qua reuelata debz expelli.al leg.c.cum dilecti.de elec. Jtē quia mēbri non debuit etiam humilitatis cā. xxij.q.ij.cū humilitatis.ꝛ facit hic textus quia si per tales occupēntur loca monasterij ad numerum quo plures non possent sustētari sine penuria.auferetur ingrediendi facultas meretri

cibus penitentibus cum ipsaruꝫ recep
tio non teneret vt hic patꝫ.facit op
time cle.quia contingit in versi. cum
tamen de religi.dom. dicit tamē sem
per verba instōnis pōderanda c.poꝛ
ro de priuile. cum concoꝛ.

Aerū cum abbatissa aut prioꝛissa ꝓ feudo sui mo
nasterij.alicui domino temporali ho
magium aut fidelitatem debet presta
re.si id ꝓ procuratoꝛem non potest fa
cere cū honesta et decenti familia po
test exire.et iurare.ac cito sine dilatio
ne qualibet debet ad monasteriuꝫ su
um redire.Obsecratur tamen dñs pa
pa dños tēporales.ac eos obtempe
rare nolentes per cen.ec.ab eoꝝ ordi
narijs vult compelli.vt in suis curijs
admittant abbatissas. prioꝛissas. ac
moniales.monasterioꝝ suoꝝ ne
gocia gerentes.per procuratoꝛes liti
gare.Et idem iniungit epīs ꝛ quibus
cunqꝫ alijs prelatis.Et quia paruꝫ ē
iura condere nisi sit qui ea executōni
demandet. precipit papa omnib⁹ oꝛ
dinarijs locoꝝ vt in monasterijs sibi
subiectis auctoꝛitate ordiaria proui
deant de clausura monasterioꝝ mo
nialium predicta. In monasterijs āt
exemptis suoꝝ locoꝝ. prouideāt
de clausura auctoꝛitate aplica.nec ꝓ
pterea in alijs casibus ī exemptos iu
risdictio est tradita Hoc dicit vsqꝫ in
finem

Prima con. Possunt
persone
ecclesiastice etiam mulieres.tempoꝛa
le feudum a dño seculari tenere. quo
casu et ipsi homagium tenentur psta
re. Probatur hic in princi. nec alias
possunt psone ecclesiastice laico fide
litatem iurare.c. nimis. supꝛa de iure
iurand. Et de forma huius homagij
vide in.ca.de forma.xxij.q.v.ꝛ in cle.
Romani.de iureiuran.ꝛ dicitur alio
nomine homagiuꝫ.vt in cle. pastoꝛa
lis.de re iudi.in glo.verbi homoqꝫ le
gius. Et proprie pstatur pro tempo
ralibus tm̄ Juramentū aūt fidelitatꝫ.
prestatur etiam pro spiritualib⁹.c.an
tiqua.de priuileg. Et per hoc soluit
contrarium.de.c.fi.supꝛa de reg. iur.

Scdā . Moniales ꝓ homa
gio prestādo debēt
procuratoꝛes mittere. aut si id effice
nequeant cum decēti comitiua exire.
Probatur hic in eodem pnc. Et dñi
tempoꝛales monentur admittere eo
rū procuratoꝛes. Et si in litigijs eos
nolint admittere. possūt ordinarij lo
coꝝ eos ad hoc compellere vt hic in
fi.poꝛro. Cum qua autez societate de
bent moniales exire.vide hic in glo.
verbi societate. Et dicit Arch.etiam
q⁹ poterint secum habere patrem suū
spiritualem aut abbatez de quo ī ca.
in decima.xvviij.q.ij.

Altima có. Ordinarij
locoꝝ in
monialium monasterijs sibi subiect.
auctoꝛitate propꝛia. in exemptis au
ctoꝛitate apostolica prouidere habēt
de clausura. Probatur hic in fi. nec
possunt prescribere contra hanc con
stitutionem quia mādatur eis obser
uatio eius in virtute sancte obediētie
fm Arch.et sic non valz consuetudo
contraria.c.i.sup̄ eo.li.de consuet. Et
patent ex tex.tres status monialium.
Quedam sunt immediate subiecte se
di apostolice.quedā subiecte sunt di
ocesanis.quedam exempte sunt a iu
risdictione diocesani. Subsunt tamē
suis prelatis inferioꝛibus exemptis
puta abbatibus vt in Cistercienſ.de

quo glo. in verbo alia. in cle. ij. eo. tit. vbi de hoc p Guil. et Panorm.

De religiosis domibus.

Eligionū

diuersitatem Concilium (ne confusionez induceret) prohibuit qa tamen postea multiplicatōnem illarum. per importunitatem quorundam precum extortam ac presumptuosam aliox temeritatez repetita vice prohibuit papa p hanc constitutionem. ne aliquis de cetero nouū ordinem aut religionez inueniat. aut habitum noue religionis assumat. et omnes mendicantiū ordines post dictum Concilium creatos per papam non approbatos reuocat Cōfirmatos autē per papam post Concilū mendicantes ita vult permanē. vt non possint aliquam de nouo ad professionem recipere. nec domū aut locum adquirere aut alienare sine speciali licentia sedis aplice. nec extraneis predicare. confessiones eorum audire. aut eos ad sepulturam admittē. et contra factum non tenet. et contra faciens sententiā excōicationis incurrit. Non vult tamen hanc constitutionem papa ad ordines Predicatox Minox. Heremitarū sancti Augustini. ac Carmelitarū extēdere. sed illos vult permanere. Vult etiam q existētes de ordinibus reuocatis singulariter possint ad ordines alios transire. non autem collegialiter sine licentia se. ap. Hoc dicit vsq in fi.

Prima ℣. Sine licentia pape non pōt aliquis nouam religionem inuenire aut habituz noue religionis assumē. Probatur hic in prin. et in. c. fi. supē. vbi idem fuit statutum quod hic ē repetitū. Nec in hoc est superfluitas qa illud ius antiquū non fuit receptum. sen obseruatum vt hic in prin. patet. Et qualiter istud de habitu sit intelligendum. vide hic in glo. verbi habituz. que vult q siquis singulariter in domo sua vellet nouū habitū induē. hoc posset. vt in ca. parsimoniam. xlii dist. Sed q quis nouā congregationem faceret et assumeret habitum diuersum ab alijs. z pinnem inter se. illud est illicitum et phibitum. ita vult hec gl. notabilis. contrariū facientes sunt excōicati. vt j. eo. c. et in cle. i. e. ti.

Secda ℣. Reuocantur omes ordines mēdicātes post. c. fi. supra eo. ti. inuenti. si per papam nō reperiantur approbati. Probatur hic in vers. cunctas. Et fm Archid. includuntur etiam monasteria feminarum ordinis mendicantium. quia lex indistincte loquitur. z masculinum concipit femininum. et sequit Jo. an. Et qui dicantur mendicātes patet ex tex. qui vult q ex regula aut constitutionibus regule illud cognosci debet quia si alteruz prohibeat habere reddit? aut possessiones vsq ad congruam sustentatōnem dicuñ mēdicantes. Et dicitur mēdicus fm Joan. a mene id est defectus. et dico cis. quia semper defectum suum dicit. et semper petit. licet non semper accipit

Altima ℣. Mendicantes ordines p papam approbatos tolerat modo b ex

preſto. Predicatorib⁹ autez 7 mínoríbus ſimpliciter approbatis. Auguſtínenſes 7 Carmelitas vult permanere in ſtatu ſolido. Probat hic in §. cõfirmatos. et ſequẽ. vſq; in fi. Et patet ex tex. vnus mod⁹ deſtruẽdi collegiũ. vt cũ non pñt aliquẽ de nouo recipe vt ſic deficiant in ſe ipſos vt h̃ pz. Quid ſi iſte contra pḣibitionẽ pape quẽ recipiant ad pfeſſionẽ. an ſit obligatus ſaltem religioni in genere. Vide hic ī glo. verbi receptio. que ſentit q; ſi taľ pfitens intẽdebat ſe obligare religioni in ſpecie quam ingreſſus eſt. 7 ſic nec obligaťr religioni ī genere. alꝫ ſic. Et de hoc ſtandũ erit iuramento ſuo vt dicit Guil. vel ſtaťr ei ſine iuramento in foro ꝓſcientie. de quo p Bom̃ ī .c. ꝓſtitutionẽ. ſup̃ eo. de regul. Et facẽ q; pfeſſus ordíni mendicantiuz infra annũ non ſit obligatus etiã religioni in genere ſi intendebat ſe obligare in ſpecie. de quo per Bom̃ in loco alleg Ad quẽ aũt ptinere debent bona collegij deſtructi. patet hic quia non diuidunť inter ſingulos. ſed diſpõní ſepo. reſeruanť in pios vſus p locoz̃ ordinarios. aut eos quibus papa id cõmiſerit quertenda. et in hoc facit h̃ decret. ad hunc titulum

De capellis monachozum Reſbyteri

ad curam populi p monachos preſentati. 7 ab ipſis inſtituti ſũt perpetui. nec poſſunt ꝓtraria nõ obſtãte cõſuetudine aut ſtatuto. ab hmõi eccleſijs ab alio q̃ epo 7 ex cauſa rationabili remoueri. Hoc dicit.

Extenelicit̃ talis pclusio Inſtituti p epm ad curã populi debent eſſe ppetui. Probatur hic et glo. iiij. hic alle. Quod verũ etiam in inſtitutis in eccleſijs mõchoz̃. Facit. c. i. ſup̃ e. Nec pdeſt cõſuetudo aut ſtatutũ ꝓtrariũ. ſecus ī pviłegio q; religioſi habentes pviłegiuz q; inſtituti ī ſuis eccleſijs remoueri poſſẽt eo adhuc poſſent vti. put habent bumiliati ſm glo. 7 etiã Premonſtratenſ̃ ſm doct. Et licet tex. h̃ loquit̃ qñ tm̃ pñtatio ptinet ad monachos. et inſtitutio ad epos. poteſt tm̃ etiaz habere locũ. qñ eccleſia pleno iure ſpectat ad monachos. vt cũ monachi habẽt inſtituere quo ad titulũ. ſed eps quo ad curã ꝑpt. quo caſu eps hz examinare inſtitutũ p mõchos ſibi pñtatum. ad curã ꝑpt inſtituendũ an ſit ſufficiens. .c. veniens. ſ. de ver. ſig. p Inno. Si aũt eccã ptinet ad mẽſam abbatis aut cõuentus. nõ hz locũ hic tex. q; tunc p̃t tpalis vicari⁹ ibi poní. et ad libitum remoueri. de quo glo. in cle. frequẽs. de exceſſ. pl. et cle. q; regulares. de ſup. negl. pla. Itẽ pcedit h̃ tex. etiãſi ad p̃ſentationẽ abbatis de pſenſu puent⁹ ſui put fieri dz de iure cõi. niſi aliud pſuetudo habeat vt h̃ in glo. ij. p epm mõch⁹ fit ad eccãz inſtitut⁹ vt poſtea ad petitionẽ abbatis nõ poſſit remoueri p tex h̃. q; indiſtincte loquit̃. nec diſtinguit int̃ religioſũ inſtitutũ aut ſecularẽ. Sp enī illi⁹ eſt deſtituẽ cui⁹ eſt inſtituẽ. lz Joh. de deo. li. i. q. xxvij. tenuit ꝓriũ. Et ad quẽ de iure cõi ſpectat inſtituẽ. vide h̃ p Arch̃.

De iurepatronatus.

I laicus

Jus patronatus. quod habet in ecclesia dat ecclesie. aut alicui loco religioso. etiam sine cōsensu episcopi. valet donatio. iuri tamen episcopi non preiudicat in aliquo. Et licet laic⁹ patronus ad pñtandū habeat tps solū quadrimestre. ecclesia tñ aut mōsterium ex donatōe laici habens hoc ius poterit infra tps semestre p̄sentare. et omnino quo ad pñtationē tanq̄ patronus ecc̄asticus dz reputari. hoc ꝺ

Prima ꝯ Si laicus hns ius patronat⁹ in aliqua ecc̄a. illud ecclesie vel loco religioso donauerit. etiam sine p̄sensu epi donatio est valida. P̄obat h in prin. Et ratio dubitandi patz hic ex glo. verbi censenda. Rō decidēdi ptz hic in glo. verbi alteri. et facit. c. illud sup eo. ti. Si aūt donatio fieret laico necessari⁹ esset p̄sensus epi. a ꝓtrario hui⁹ tex. Et idem si fieret clerico iure suo p̄prio aut p̄imoniali quia tūc pōt ad laicos heredes transire p̄ successionē. vt in. c. filijs. et. c. consideranduz. xvi. q. vij. Et est rō. quia non ē recedenduz a iure antiquo nisi quaten⁹ reperit concessum. Cū igit hic expressū sit de loco ecc̄iastico aut religioso tm̄. Jgit non debem⁹ illud extendere fm Jmo. de quo p̄ gl. fi. in. c. illud. s. e. et Jo. an. et doct. Et quid si ecclesie in qua laicus hz pñtare donat ius p̄sentandi. vide hic in glo. ij. Et quid si sit datū epo. Dic q̄ tunc sine pñtatione debet instituē nisi habeat compatronū quia tunc aliter pñtat ꝛ ipe instituit fm Jo. an. in. c. significasti. s. e.

Secda ꝯ Si in ecclesiam ius patronatus transferat donatione laici. sine p̄sensu epi. in nullo debz epo p̄iudiciū fieri P̄obatur hic in ꝟ p̄ fatā. alʒ si p̄sentiret. posset ei p̄iudicari vt pz hic in glo. v. Et patz hic vnus mod⁹ transferendi ius p̄onat⁹ videlz p̄ donationē. aliū habuim⁹. s. i p̄or. pc̄one. q̄ p̄ successionē. de alijs vide glo. in. c. pie mētis. xvi. q. vi. Et quō valet hec donatio facta ecc̄e. sine signo glebe aut alio vide in decis rote. eccli. in nouis et inci pit Jtē fuit dubitatū. Jtē an ius p̄onatus transit cū vniuersitate eo exp̄sso vt si vendat castrū cū oībus iurib⁹ et honorib⁹. et etiā iure p̄onat⁹. vide hic late p̄ Jo. an. qui dat p̄silū q̄ nō fiat expressio iuris p̄onatus ꝛc

Altima ꝯ Laicus ad pñtanduz habet quadrimestre tps. ecc̄a vō semestre. hz a laico adquisiuit ius p̄onatus P̄obat. hic in ꝟ fi. Et sic fallit hec regula Qui in ius. ff. e. li. de reg. iu. cui⁹ rōnez dat hic glo. penū. Et licet olim ita expresse non erat istud statutuz aliquo iure vt hic dicit glo. verbi quadrimestre. tñ satis fuit expressum in. c. cuz p̄pter. s. e. vbi tex. loquit de laicis. ꝛ dicit de quattuor mēsibus. De clericis satis expressū fuit in. c. ij. sup̄. de suppl. negl. p̄la. quod dat sex menses. Et q̄re minus temp⁹ dat laicis ad pñtandū q̄ clericis. vide per glo. in. c. cuz vos. supra de off. ord. Et aduerte q̄ etiam vltimo die temporis quadrimestris admittit laicus p̄sentans fm Joh. an. in alle. c. cū vos. et Bom hic p̄ ter. hic. qui dat sibi temp⁹ quadrimestre. facit glo. fi. in. c. si electio. supra eo. li. de elect. licet Pau. in cle. ij. eo. tit. tenuit contra ꝛ male. non sufficeret tamen si infra tempus eligeret p̄sentanduz nisi etiaz actualiter p̄sentet per hūc tex. de quo in. c. fi. supra eo⁹ ti. Quid autem de clerico qui habet p̄sentare ratōne patrimonij sui. an debz hīe tps semestre tanq̄ p̄onus ecc̄asticus Dic q̄ nō. hz habebit tempus quadri-

mestre.et ꝑ omnia censeꝫ vt patron⁹ laicus.c.cū dilectus.supꝫ eo. Secus si rōne ecclesie habeat pñtare tunc ꝓce dit hic text. Nota hic gl. in verbo semestre in hoc q excōicatus, pōt do nare et cedere actiones suas alteri.et potest cessionarius statim agē etiam excōicato manente.quod tenet hec gl 7 Arch.in.c.pia.supra eo.li.de excep.

De censibus exactionibus et procurationibus.

Romana ec-

clesia statuit q archiepūs volēs visitare suam prouintiam hunc moduz obseruet vt ꝑ us visitet suum Caplm.ciuitatem ac dioceſim plene.tam quo ad clericos q laicos.deinde ad totam prouintiā seu eius partem visitandā poterit declinare.et ciuitates ac dioceses suffraganeos et eoꝝ ſabditos. ecclesias et monasteria. ac loca pia libere visitare.ac procurationē a visitatis recipere. Hoc dicit vsqꝫ ad ℣ exquo tamē

Prima con- ſcop⁹ volens visitare suam prouintiā hūc obseruabit ordinē q ꝑmo visitet Caplz ciuitatē et dioceſim ſuā plene.debinc poterit visitare prouintiā in toto vel in parte. Probat hic ordo in prin. et est hic ordo substantialis ſm Jo.mō ita q eo omisso processus est nullus. alt.c.cū dilecta.supꝫ.de ℟pt.et .l.prolatam.C.de sent.et interl.oīm iuꝺ. Ubi aſit ordo nō est substantialis. etiā eo omisso tenet processus.sed potest appellari.c.i.de resti.spo. Primo igit visitabit Caplm qꝺ cū eo facit idē corpus.c.nouit.de his q fi.a ꝑ. Et rōnez dat ꝫ gl.vbi pri⁹.debinc ciuitatem et dioc.q differūt.c.radulph⁹.s. de ℟pt et de hoc supꝫ e.cū venerabilis.sup gl. .i.et visitabit tā maiores q minores eccīas etiā nō curatas.et facit.¶. sane. ¶.e. Itē et laicos visitabit q tñ nō solu unt.ꝓcurationes ſm glo.ꝫ in vb.laicos. 7 sic seruat de ꝓsuetudīe ꝫ Domī et ꝓcor.cū gl. Host. Jo.mo. et Inno. Arch tñ tz q etiā laici tenent solueꝫ ꝓcurationes.alt.c.cauēdū.x.q.iij. 7 ibi nōt Hugut.q eps vno die erit cū clericis.alia cū laicis.et sic sentit q laici etiā ꝓcurāt.et hec opi.de iure ē vera. Iz gl.seruāda sit in practica ꝫ Jmo.ꝫ

Scdā ℣ Si archieps visitās nō pt ꝓticularie ad quēlibz locū accedē ad vnū locū congruū et vicinuz pt cpm vocare. Probat ꝫ in vſ.etsi ꝓmode.et impedientes nūcios suos pt archieps punire.c.rō na.¶.de pe. Et loc⁹ dī ꝓgru⁹ q ē honestus ſm glo.ꝫ in vb.ꝓgruū. Et dic q erit etiā sufficiēs ad oēs recipiendos ſm Jo.an. Nec ē pcise determinatū de loco.iō sufficit q sit ꝓgru⁹.facit.c. statuimus.ij.supꝫ e.li.de off.dele.

Tertia ℣ 7 ſi. Archieps suadiocl. plene visitā pt ꝓtinuare visitatōnē suā ī sua ꝓvintia. Facit ꝫ in ℣ deinde.pri⁹ q nō pt ꝓvintiā visitare.qꝺ vez nisi aliud obtinet de ſpēali ꝓsuetudīe. Probat in.c. romana.supꝫ e.li.de offi.ordō. Etsi hoc casu in visitando ꝓcurrūt archieps 7 eps debēt siſ admitti cuz id nō sit ī iure ꝓhibitū. Etsi discordāt ī ſnia valz ſnia ꝑ reo.arg.c.ex lris.de ꝓba. Si tñ eccā nō pt ꝓcurare vtrūq, ꝑmus est admittendus.c.ꝓposuisti.de for. com.

Etsi nō apparet quis fuit primus admittere archiepus tanq̄ spēalit hoc casu priuilegiatus. de quo p Jo. an. ī .c. cum ex officij. supp de prescript. sup glo. penul. Ubi aūt eps pcurrit cuz p lato sibi subiecto. est pferend⁹ eps. nisi psuetudo obstaret fz Arch. alle. nō. Jnno. in. c. in lateraneñ. supp de pben. Et aduerte q archiepus dicit visitare etiamsi vadat cā psignādi pueros. vel consecrandi ecclesias. vt in. c. i. supp de rel. do. seu p quocūq alio cōmuni negocio. qđ multos tangit. argu. c. relatū. x. q. iij. Jdem qñ id facit p salute aiaz seu cultu diuino ampliando. seu p statu ecclesie in melī reformando. vt. x. q. i. placuit. Secꝰ si vadit p causis expediendis fm Jnno. 7 doc. Et spectat ad officiū visitatoris pmo discutere statum clericoz. qualit baptismū et alia sacra administrent. et qualiter se habeāt in ecclesia et vita. Etsi omnia recte inueniat deo gras agat. Si āt aliter inueniat ignaros instruat. et hec nocte qua venit expediat. sequēti die de mane plebi vocate debz predicare verbū dei in docendo fidē et q mortalia vitent. 7 se continue in bonis operib⁹ exerceāt. x. q. i. placuit. ℣. sane. fz Host. Et sic de illa ecclesia ad aliā pficiscat. Et Host. in sūma ō off. oz. ℣. penū. videt velle q post prandium. de illa ecclesia ibit ad aliam. et visitabit aliaz. et ibi de sero pcurabitur. Sed qualitercūq̄ summam⁹ modū eundi pcuratio debet esse vnius diei. vt. x. q. iij. inter cetera. et tm̄ in victualibus debet hec pcuratio solui. vt ℣. eo. ℣. sane. de quo ibi latius

Ex quo tamen eps incepit visitare aliquā prouintie sue dioceſim. transiens ad aliaz. nō pt redire ad primā. nisi omnes alie dioceses ipsius prouintie. et sua in toto vel in pte quas secure pt visitare. sint visitate. nisi a diocesano loci ex causa eēt requisitus ad reiterāduz in aliquo loco visitationē. vel nisi oēs. aut maior pars eoꝝ prouintie ad id suum prestiterit psensum. Jtē pacta visitatione totius prouintie. reiterare non pt archieps eandē visitationē. nisi prius ī scriptis suffraganeoꝝ suoꝝ requisierit psiliū. et eam fieri debere p ipsuz. corā eis sit diffinitū. Quib⁹ sic factis pt visitationē iterare fm ordinez supp positū. incipiet tñ sp ab illis eccleſijs 7 personis. que prius nō fuerūt visitate. nisi ī alijs visitatio sit magis necessaria Hoc dicit vsq̄ ad ℣. sane.

Prima ? Archieps post visitationez inceptam in vna dioc. licet in totū eam non visitauit. tñ eam exeundo redire ad ipam se impedit. Probat hic. Et intellige nisi cū limitationib⁹ in tex. positis. Rō pclusionis fuit fm Fran. ne illa dioceſis graueť ex illa iterata visitatione. Jtem et scđo ne visitatio aliarum dioceſiū negligat. Quid ergo si non expedita visitatione ex cā intrat aliam dioceſim. an potest redire ad p̄mam? Dic q sic fm Host. et Jo. an.

Scda et vltima pclusio Licz prima visitatio p̄uintie sit libera. nō tñ scđa. fz intervenire debent hic expressa. Probat hec cōclusio hic iuncto ṗn. huj⁹. c. Et q̄re ista difficultas requirit ī scđa visitatione prouintie. Dicit Host. q ideo vt archieps non sit negligens puocare consiliū puintiale q sine eo defacili consiliū suffraganeoꝝ habere neqt si tñ alias pñt hī sufficit. Ex q̄ patet q q actū cū pfilio alioꝝ facere debet consiliū ab eis simul pgregatis requirere debet. qđ nō. Jn hoc casu stabit

dicto ipsius archiepi si dixerit visitationē oportunā ſm doc. Et practicā pnunciandi vide ħ in gl. ꝟbi diffinitione. Et casus quib⁹ scriptura ē necessaria. vide ħ in glo. ꝟbi in scriptis que est nōbilis. ⁊ ad eā ſp fit remissio

Sane archiepi scopus visitās dz ꝓponere verbū dei. inqrere de vita et ꝓuersatione mīstrorū in ecclesijs. et alijs locis visitatis. ac alijs ad officiū suuz spectātib⁹ sine exactione iuramēti. infamatos denūciabit ordinarijs. vt ꝓ eos inqrāt. notoria āt crimina pena debita puniat

Prima ꝯ. Debet archiepiscop⁹ visitando verbū dei ꝓponē. et de vita mīstrorū ac ꝑtinentib⁹ ad diuinū officiū sine iuramenti exactione inqrere. Probaſ ħ. Debet igit visitator esse instructus in scīa. Tñ ſm doct. etiā ꝑt ꝑ aliū ꝓiudicare. vt in. c. inter cetera. s. de offi. or. Et nō ħ q in hac generali visitatione nō exigit iuramentū. quia ipsa est ꝓparatoria ad specialez. de q dic vt hic in gl. ꝟbi coactione. ⁊ ī spe. ti. de inquisitore. §. qnto. ꝟsic. vt āt. Si speciali aūt ꝑt exigi iuramentū ⁊ forma ꝓcedēdi in generali inqsitione ponit Arch. in. c. q plerīq. s. eo. li. de off ordiī

Ultima ꝯ. Archiepus ꝓt negligentiam suffraganeoꝝ punit notoria crimina eorundē subditoꝝ. Probaſ ħ in §. notoria. et intellige sine ordine iuris. qa in his ordo est non seruare ordinē. c. qm̄. de fil. ꝓsb. ⁊. c. ad nrām. iij. de iure iurā. Et sic hic est casus in q archiepus iurisdictionē hz in subditos suffragānei. Alij habent in. c. pastoralis. s. de off. ordi. per glo.

Procurationes moderatas ī victualib⁹ tm̄ recipe ꝑt visitator non in pecunia. nec ipse nec aliquis de sua familia pretextu cuiuscunq officij aut ꝓsuetudinis recipiat aut munus aliqd etiam sponte oblatū. alioqn maledictiōis penā incurrit a qua nisi duplū restituat liberari nequit. Et hāc formā visitādi vult etiā in alijs ordinarijs visitatorib⁹ obseruari. saluis ꝓstōnib⁹ et ꝓsuetudinib⁹ regulariū approbatis Hoc dicit vsq in finem

Prima ꝯ. Visitanti solnē da est ꝓcuratō moderata in victualib⁹. et non in pecunia. Probaſ hic et in. c. j. pr. Et appellatione victus ꝓtinet esus. pot⁹ vestis. hospiciuz. stramenta. et oīa ad viuendū necessaria. l. victus. ff. de v. sig. l legatis. ff. de ali. le. Hec vident hec remissa si de alimētis transactū fuerit nisi specificent. l. cum hi. §. eum qui. ff. de transact. Debet tñ cauere visitator ne vltra grauitates grauet ecclesias. c. cum apls. et. c. sopite. sup eoz. ti.

Secda ꝯ. Nō potest visitator aut existētes de sua familia exigere pecuniā. aut etiā spōte oblatuz munus recipere sub maledictionis pena. Probaſ hic iuncto §. caueat. Nec excusat consuetudo ꝓtraria. q censetur irrationabilis. exquo est per sedem aplicaz reprobata. per ca. quis nesciat. xi. dist. et ca. i. et. ij. xij. dis ideo prescribi non potest. c. fi. de ꝓsue nullū igit donuz recipiet. Unde periculum est recipere victualia portāda licet comedenda quantacunq recipere non sit peccatū. licet exigere posset esse peccatum ſm Jo. an. et Bon̄. ne hoc modo fiat fraus huic ꝓstitutōni Et q̄uis ratione visitationis aut of

ficij familiares etiaz nihil possunt re cipere.tñ si clericus facit litteras pro labore potest aliquid habere.xij.q.ij. charitatez.nisi de publico haberet sa lariū ſm Jo.mo.Jo.an. et Bom̃

Ultima con Predicta forma vi sitationis debet seruari in epis7 alijs inferioꝛib⁹ prelatis.regulariū consue tudinibus exceptis. Probaꝫ hic in.ff. fi.Et intellige de forma tradita a.ff.sa ne vsqz in finē. non de forma tradita in pri.tex.ſm Bom̃.Jn delegatis dic formā mādati obseruandā. c.cuz dile cta.de.&p.Jn legatis etiā forma ē ser uanda.Jta determinat hic Jmol.qa ordinarij sunt.licet Jo.mo.et Hosti. tenuerūt ꝯ

xigit peruer sorum audacia. vt nō solū contenti iuris prohibitio ne delinquentibus etiam imponatur pena Quia igiꝫ constitutio.s.prima prohibens procurationē non recipi nisi a locis visitat].nec ab ill' recipi p curationē in pecunia.aut etiaz recipe aliq̄ munera.nō fuit bene obseruata. Jdeo papa adiuuare volens eam pe na.statuit q ratione pcurationis exi gentes aut recipientes pecuniam.aut munera a visitatis.aut aliquid ratiōe pcurationis exigētes a nō visitatis. tenenꝫ restituere dupluz recepti:eccle sie.q̄ id soluit infra mensem.alias ela pso eo tpe Archiepi. Patriarche. et epi ab ingressu ecce. Jnferiores vero plati ab officio 7 beneficio sunt suspē si.donec de duplo ecclesijs grauatis plenarie satiffecerint.nec valz hoc ca su remissio. Hoc dicit.

Ex tex elicit talis cōclo Nomine pcurationis nō licet exigere munera aut pecuniā.nec a non visitatis licitū est recipe pcura tionem.contra faciens incurrit pena hic positam. Probaꝫ h.et sup̃.c.pri. Et quod dicit hic de pecunia est ve rum etiā pro ferraturis aut vecturis equoꝝ ſm doc.et probat.c. sup̃.pri. dum dicit in victualib⁹ tm̃.Glo.tam̃ hic in verbo pecuniā tenuit contra 7 errauit ſm Jo.an.Limita tñ hoc ho die vt in.c.j.prox.quia a volentib⁹ li cet recipere pcurationē i pecunia vt ibi.Jtez quod dictū est q non visita ti non tenenꝫ ad procurationē. dic ve rū ad eam.que debetur rōne visitatō nis. Nam etiam alia de causa debeꝫ procuratio ad quā tenenꝫ vt hic i gl. verbi visitationis. et pene patent ex tex.quia recipientes aliqd contra cō stitutionē istā tenenꝫ ad restitutionez istam.nec valet remissio.pcoz.cle. no lentes.in fi.de here.et.c.statutū.ff.siqd sūt.sup̃ eo.li.de &pt. Jtem et alia pe na imponiꝫ ſm diuersitatē status de linquentis vt patet hic in tex. Et de effectu harū penarū dic vt in glo.

Elicis recoz dationis Gregorius deci mus statuit in.c.sup̃ proꝝ. q ratione visitationis a visitatis nō possit pecunia exigi.aut etiaz a volē tibus recipi.Et quia ex hoc taz per sonis visitātib⁹ q̄ locis visitatis plu ra oriunꝫ incōmoda.Statuit hic pa pa q a volentibus rectoꝝib⁹ eccleſia rū.et locoꝝ visitatoꝝ.possit a visita toꝝib⁹ recipi pecunia pro sumptibus faciendis tempoꝛe visitationis.ita ta men q vna die nō recipiaꝫ plus q̄ p curatio vna.siue visitenꝫ vnus locus siue plura. Alia in.c.sup̃ proxino, sta tuta vult papa manere salua.hoc ꝺ.

Prima con Quāuis p visitato

rem ab ipsis visitatis inuitis nō pōt pecunia exigi. tm̄ a volentib⁹ pōt procuratio in pecunia recipi. Probatur hic in tex. iuncto. c. supᵭ. proxi. ⁊ ita etiam fuit iure antiquo. quare dicit gl. verbi concedimus ꝙ ☉ revolavit ad ♈. id est extremitas ad principiuz vt dicitur in. ca. ab exordio. xxxv. distin. Corrigitur ergo in hoc. c. supra ꝓxi. et. c. i. ℣ procurationes. supra. e. ⁊ hoc ratione incommodi quod sequebat. de quo hic in gl. verbi dispendia. Recipi autem debet pecunia tm̄ pro sūptibus moderatis et nō taxari ad tantam quantitatem vt aliquid superſit vt hic probatur Et appellatione pecunie in proposito venit non solū pecunia numerata sed etiam arida et liquida consistentia in mensura certa. vt i pullis. vino. ⁊c. dūmodo moderamen seruetur. de quo hic tex. facit ꝙa quicquid habēt hoīes dicit pecunia. .i. q. iij. c. totum. vbi de hoc. et. l. ij. C. de consti. pe. ſm Jo. an. Hodie autez taxata est quantitas ſm qualitatē diuersarum regionum. et cōditionē personarum per constitutionez Benedicti. que incipit Vas electionis ſm Jo and. et Bom̄.

Ultima ꝯ Visitans etiaz plura loca vna die. vltra vnam procurationez nō debet recipere. Probat hic in ℣ adijcientes. Et sic vnius diei vna erit procuratio. c. inter cetera. x. q. iij. Ratō ꝙ visitatio est principale. et procuratō accessoriū. ergo vnius diei visitationi non debet accedere pluriū procuratio. ſm Jo. mo. et Jo. an. An ergo debet ieiunare eps aut semel tm̄ comedere? Jo. an. in. c. procurationes. supᵭ eo. tit. dicit ꝙ non. ꝙ mens constitutionis est ꝙ tantuz recipiat ꝙ tota die sufficiat puta decem aut tres flor. ſm exigentiam personaꝝ. Absurdū enim esset ꝙ in omnibus ecclesijs visitatis vno die reciperet. quia tunc accessorium esset maius ꝙ principale. contra regulam accessoriū. ſ. de reg. iur. Et scias ꝙ quelibet ecclesia per se sufficiens tenet procurationē impēdere superiori visitāti Sed si ecca per se nō sufficit debent plures in vnū coniungi ſm Panor. in alleg. c. procuratōes Qui etiam dicit ꝙ epⁱ non debz cessante causa vltra vnam diem trahere moram in vna ecclesia. vt in ca. inter cetera. x. q. iij. Si aūt ecclesia non potest vno die expediri. potest ibidē morari pluribus diebus. ꝙ etiam statim redire possit. probatur ī. c. placuit. x. .q. i. et ca. non semel. xvi. q. i. de quo in .c. cum apl's. supᵭ eo. ti. et. c. i. supra eod̄ ti. et libᵭ.

Quanquam exactiōes pedagioꝝ vtro ꝙ iure sint regulariter prohibite. tamen magis prohibent exigi ab ecclesijs ⁊ personis ecc̄asticis. ac rebus earū. que a secularium personaruz exactionibus immunes sunt et exempte diuino et humano iure. Unde districte inhibet papa. vt non obstante consuetudīe contraria. nullū collegiū aut vniuersitas aut singularis ꝑsona ab ecclesijs aut personis ecclesiasticis pro ipis personis aut rebus earū ꝗs secuz deferunt. non causa negociationis. exigat aut extorqueat per se aut per aliuz pedagia aut guidagia Singulares personas contrafacientes excōicat Si autē collegium aut vniuersitas contrarium fecerit. locum illum interdicit. nec ab hmōi sententijs debent liberari. nisi exacta restituāt ple-

narie.et satisfecerint de transgressione Hoc dicit.

qui mentitur est testis fraudulent⁹ et.xix.c.falsus testis non erit impunitus. et Mathei.xxvi. Nouissime venerunt duo falsi testes et dixerūt. Tertio probatur idē per.l.ciuilē vt in.l.si quis legatum.§.7.ij.rūso.ff.ad l.coz.de fal.vbi q̄ sibi ascribit legatū in testamento licz legatuz sit inutile puta rei sacre.aut licz non habeat eē in principio.vt quia falsū.aut quia filius preteritus est in eo. quia tñ figuram hz et est pfectū exterioz7 visibili forma tenetur.l.cornelia.ō fal. Ita etiā exquo testimonium habet suā figurā.quia in actis habetur.et put iurati solent deposuit.locus est huic pene. Nam ad eē falsi testimonij et eius penam.non requiritur q̄ fructū afferat alicui.p3 Marci.xiij. ibi multi falsum testimoniū dicebāt aduersus illum.et conuenientia testimonia non erant.facit.cle.eos q̄.de sponsa.

Nulli vti pluribus defensionibus prohibetur

Pone casum vt in.gl.By. ponit exemplū alicui quis egit contra me.negaui intentionem suā.ipe probauit.ego possuz adhuc alia defensione vti.videlz.ponere exceptionem pacti.iurisiurādi.rei iudicate.aut similē vt hic. Itē 7 simul et semel possum plures exceptiones ponere.vt pacti iurisiuradi.7 rei iudicate.vt.ff.de excep.l.nemo. Non autem sic est in actoze.q̄ vbi ei plures actiōes competūt vnā eligere debet et intentare.l.q̄ in beredem.§.eligere.ff.de tributo.et nōt in.c.vt quis duas.supza.eodem lib. de electi. Ratio est fm By.et docto. quia reus fauorabilioz est.vt in.l.fauorabiliozes.ff.eodem titulo.et procedit regula.etiam in pluribus defensionibus contrarijs.dūmodo tamē in effectu non sint contrarie.fm glosam hic in fine.et dūmodo ius eas nō prohibeat proponi. Et vndeciz casus in quib⁹ ius non admittit plures proponi exceptiones.vide hic ī glosa.et dic vt in ea. Tractat etiam hic Byñ.de cumulatione plurium actionum late.de quo etiam per Innocen̄.in.c.constitutus.supza.de inte.restit.

Jo.an. ponit hic questionem. Accusatus fui de homicidio.negaui simpliciter.probatum fuit contra me homicidium.volo probare q̄ defendendo id feci.an sum admittendus. Johannes and. dicit q̄ si simpliciter negauit non admittitur allegans se defendendo id fecisse.quia allegaret contraria.facit.c.finale.de iureiurand.supza.eo libzo.aut negauit excipiēdo vel denegando iudicem.puta forum declinando negauit se in iudicis territorio occidisse.tunc auditur in principali excipiens q̄ defendendo se id fecit. Sed primum dictum videtur doctoribus durum. quia lex non reputat talem occisozem.sed defensozē l.scientiam.§.qui cum aliter.ff.ad le. aquili. et in.l.cornelia.debet interuenire verus dolus.l.ī lege.ff.ad le. coz.ergo admitti debet.etiam si simpliciter negasset.et opinio Joh.an. potest procedere in ciuilibus.vel saltem in leuiozibus criminib⁹

Quod ſemel placuit amplius diſplicere non poteſt

Dy. ponit exemplum in diffinitiua ſententia que p̄ p̄ferentem non reuocatur. ſiue ſit eq̄. ſiue iniqua. l. paulus. et. l. iudex. ff. ō re iudi. ō quo per Jo. an. in. c. qualiter et quando. ¶. ſupra. de accuſa. ſup glō. ¶. et hic per Dy. Alia exempla dat ꝟ gloſa. que etiaz ponit vigintitres caſus. in quibus fallit hec regula. Et i fine ſſiungit quattuor requiſita ad regulam. ſcilz q̄ placitum non ſit improbatum q̄ ſcienter placeat. q̄ non ſola mente. et q̄ alterius intereſſit. de quibus dic. vt in. gl.

Jo. an. ponit hic queſtionem de teſtamento iurato an poſſit reuocari per teſtamentatorem. Soluendo dicit. q̄ ille qui fecit teſtamentum et iurauit non contrauenire vel illud non mutare. ſecū dū teſtamentū facere non debz. z illō faciendo vel primum mutando ſine cauſa. eſt periurus. quia ſeruandum eſt iuramentuz qō ſine periculo anime ſeruari poteſt. c. ſi vero. ō iureiu. Juramentū enim eſt de iure naturali. et obligat ex p̄cepto. xxij. q. ¶. ſi peccatum. de iureiurañ. c. etſi xp̄us. etſic penitus eſt ſeruandum. vbi non continet aliquod illicituz. Dicit tamen Joh. an ō. q̄ ſi iſte fecerit ſcōm teſtamentum. illud valet. quia ambulatoria debet eſſe vltima voluntas. vſq̄ ad extremum vite exitum. l. ¶. C. ō de ſacroſanct. eccle. cano. vltima voluntas. xij. q. ij. et. c. cum marthe. de celebra. miſſ. Nec poteſt quis ſibi legem imponere a qua non poſſit diſcedere. l. ſi quis in principio. ff. de legiij. facit quia cuiq̄z non prohibito licet teſtari. et prohibiti habentur Inſtitu. qui non eſt per teſta. fa. per totum. z. C. et. ff. eodez titulo. p̄ totum inter quos iſte non reperitur prohibitus. igitur ꝛc.

Ondebz alicuius odio pregrauari.

Pone caſum vt in glō. Et vt patet ex glō. pena eterna vnus nunq̄ punitur pro alio. argumento. c. queſiuit. de his q̄ fiunt a maio. par. capitu. Jdez in pena tempozali ſeu cozpozali. niſi in caſibus. vt in crimine leſe maieſtatis hereſis. et ſciſmatis. vt in iuribus in gloſa allega. Et fallit etiam in caſu. quia propter incōtinentiam patris punitur filius. ne promoueatur ſine diſpenſatione ad ozdines. vt proba tur. lvi. diſt. per totum. Jdem etiā in pena ſpirituali excōicatiōis. vt vn⁹ non excōmunicetur pro alio. c. ſi habes. xxvij. q. iij. z in. c. romana. ¶. caueant. ſupra. eo. li. de ſen. ex. Dz pena ſuſpenſionis aut inēdicti q̄liq̄ vnus punit̄ p̄ alio. vt in. c. nō eſt vobis. ſ. de ſpon. cū ſiꝫb⁹. Alia dic vt in. g. et facit ꝟ regula ad qōnez. an in interdicto loco vel vniuerſitate p̄tradicētes vel abſentes ſint interdicti. de q̄ qōne p̄ Jo. an. in. c. ſi ſñia. de ſen. ex. ſ. e. li. z ibi aliq̄d dixi

Jo. an. ponit hic queſtionem mercurialem de repreſaliis. que eſt. Bononienſ. quidam ſpoliatus fuit in dioceſi florentina

requisitū fuit ꝑmune florentinorum et eius rectores pluries per cōmune Bononien̄.vt iustitiaz de ꝑdonib⁹ faciant ciui suo spoliato. qđ quia neglexerunt obtinuit spoliatus a cō muni bononien⁹.represalias cōtra ciues florētinos ⁊ demū cepit vnuz ex illis ciuib⁹ florentinis a q̄ exegit extimationē integram sue ꝑde.Que ritur an saltē in foro ꝓscientie teneatur restituere.Solutio recitat Joh. de bel.disputasse hāc qōnē.et eā po suit in auc̄.vt nō fiant pigno.ff.i.col. v.et ibi tenuit q̄ vbi ꝑ iustitia ad superiorē potest haberi recursus nō ē loc⁹ repsalijs.vt in auc̄.vt differen. iudi.ff.i.⁊.ij.coll.ix.alias ꝓcedi pñt ꝓpter iniuriā vel iniustitiam factaz.ꝑ textū.in.c.dñs.xxiij.q.ij.quia si vt ibi dicitur licet eo casu pugnare insidi is fortius ꝑ viam represaliarū.Con cedentur tñ hoc casu non solū cōtra delinquētes.ꝫ etiā contra magistra tus.officiales.et consiliarios iustiti am denegantes.c.romana.in fi.sup̄. e.li.de sen excōi. Item ⁊ contra vni uersitatem iustitiaz denegantē.l.ali ud ff.refertur.ff.e.tit.Item et contra dñm et eius subditos ei auxiliū pre bentes ad iniustitiam.c.si ſniam.ff.i. supra.eo.li.de sent.excō.non autē cō tra singulares ꝑsonas que non delin querunt.alle.c.romana. Nec est con cedendū ꝑsone priuate cui ꝓcedūtur represalie q̄ possit personas detinē et in vinculis ponere ⁊ de rebus sibi satisfacere.sed vt possit ꝑsonas ⁊ res iudici presentare.vt in publico car cere custodiantur .et vt sibi de reb⁹ auctoritate iudicis satisfiat.ꝑ.l.non est singulis.ff.de regul .iur.et ꝑ hoc ꝑpter tumultus vitandos.vt ibi nō.

Jne culpa ni

si subsit causa non est ali quis puniendus.

Hic ponitur regl'a ⁊ exceptio vt dicit glosa.et de exem plis dic vt in ea.que etiam dat rati onem regule q̄ est.quia pena est mē sura culpe.ergo deficiente culpa.de ficiet et pena. Pro quo inducit Jo. mona.illud Deutron̄.xxv.in princi pio Pro mensura peccati erit plaga rum mod⁹. Patet istud etiam ex qđ nominis.dicitur enim .pena a pen dendo.id est soluendo debitum pro culpa fm Johem anđ. Et plures ca sus qb⁹ aliqs punit sine culpa .licet non sine causa.vide per glosā in ca. innouātes .xxij.distiñ.in .c.antiqua. supra de priuileg.et in .c.cognoscen tes.supra.de constitut. et patent in his metris. Paupertas odium vici um fauor. et zelus. ordo. Personas spoliant et loca iure suo .quorum de clarationem vide in locis allegatis.

Jo.an. ponit tres questiones Prima an id quod dicitur naturalem filium legitimari per subsequens parentum matrimo nium locuz habeat in genito ex cle rico in minoribus constituto habē te beneficium ecclesiasticum .Sol uendo dicit Johañ.anđ .q̄ sic. q̄ c.tanta.qui fil .sunt legitiñ.dicit per virtutem sequentis matrimoñ̄ legi timari illegitimum.dummodo coit⁹ tempore parētes fm leges potuerūt esse coniuges.etiam concesso q̄ for nicatio et omnis concubitus qui fit extra matrimonium sit damnatus. vt probat.capitul.non solum.xxxij. q.vij.et glosa in clemen̄.ad nostrum

de hereti. et hic latius Joh. and. iſte cenſendus erit legitim⁹ ne detrahat virtuti mr̄imonij. de q̄ loq̄tur in alt. c. tāta. faciūt nō. ī cle. vnica. de ſum. trini. in. g. fi.

Secunda qó An illō. c. tanta etiā locū hz cū alter parentū interiz aliud ꝓtraxit matrimoniū. et tz Jo. an. q̄ fic. quia mediū mr̄imoniū non impedit hanc legitimationē. q. c. tāta. ⁊ iura de hac legitimatiõe q̄ fit ꝑ ſubſequēs mr̄imoniū. loquētia non diſtinguūt. an fuerit inēmediuz matrimoniū vel nō. et vbi ius nō diſtinguit. nec nos debem⁹ diſtinguē. l. i. ſ. q̄ aūt. ff. de alea. xxxi. q. ſ. q̄ ſi dormierat. et c. ſolite. de ma. et obe. cū. ꝓcor.

Tertia qó An naturales filij legitimātur ꝑ matrimoniū ſubſequēs parentū in extremis ꝓtractū. Solo. dic̄ Jo. an. q̄ fic. ꝑ decre. tāta. q̄ ſt. ſūt le. q̄ ſimplicit̄ loquit̄. ſatis ergo ē q̄ matrimoniū ſit ꝓtractū. licz Ja. de are. tenuit ꝓtrariū. ꝑ. l. nup. C. de natura li. q̄ dicit mr̄imoniū tūc legitimare plē cū ꝓtrahit̄ ſpe colende ſobolis. ſed ꝫ ſpes ꝫ deficit. igit̄ ꝛc. Sed dic plē legitimatā. licz ſpes illa deſit. q̄ decre. tāta. ſimplicit̄ loq̄tur. vt dixi. Itē ſatis ē q̄ ſit ſpes ꝓlis in caſu cō valeſcentie. Itē q̄uis ꝓles ſit vnum bonū matrimoniū. xxvij. q. ij. omne. et. c. fiñ. ō. de ꝓdi. appo. tñ ſine tali ſpe ꝓt eē mr̄imoniū ꝓpter humanitatis ſolatiū. xxvij. q. ſ. nuptiarū. de frigi. c. q̄ ſedē. cū ibi nō. nec viciat ꝓpoſituz non hñde ꝓlis. niſi deducat̄ ī pactū. alt. c. fi. ⁊ nōt̄ in. c. de infidelib⁹. de cō ſan. et affi. C. cōſtat em̄ verū fuiſſe matrimoniū iné glorioſā virginē Maria am et Joſeph. et tñ beata virgo etiā ꝓtrahendo ſe virginitatez ſeruaturā diſpoſuit. ⁊ ſic iuxta diſpoſitū animi ñ fuit ſpes ꝓlis. ꝑbat̄. xxvij. q. ij. btā.

Item adhuc tres q̄ones ponit de iure ſuccedē di ꝓmogenitorū ex ꝓſuetudine. Prīa q̄ eſt an naturali primogenito ſz legitimato poſt natiuitatē legitimi ꝓpetit ſuccedere iure ꝓmogeniture. Soluē do tz Jo. an. legitime natuz ſuccedē iure ꝓmogeniture. quia ipi⁹ cepit eē hereditas. ad Galat. iiij. ſi fili⁹ ergo heres. et ꝓmo fuit in iure ſuccedēdi. Inſti. ō here. q̄. et dīa. ſ. ſui. nec debz fauor matrimonij ampliari in dānū legitimi. facit regula factuz legitime ī. e. cū ꝓcor. ⁊ l. id q̄ nr̄m. ff. e. ti. ⁊ cō trarijs rñdet Jo. an.

Secunda qó An conſuetudo deferens hereditatē ꝓmogenito ꝑiu dicet ſcō genito clerico. et Jo. an. putat q̄ fic. Maz ita videm⁹ in vſib⁹ et ꝓſuetudinib⁹ feudorū ꝑ q̄s clericō ſolū ñ ſuccedit in feudo. ſz eē illō ꝓdit ꝑ clericatū. vt in. c. vno. ō vaſal. q̄ ar. bel. depo. ⁊ in. c. vno. ī. fi. de bñ ficio. fe. Itē et quia hūc clericū ī natiuitate ſua ⁊ ꝓus ſi fas ē ſic loq̄ ligauerat ꝓſuetudo iſta. que ꝓmogenito detulerat bona. clericatus ergo ſubſequens ius ꝓius queſitum ꝓmogenito ei auferre non potuit. Si autem quereretur ō conſuetudine que inchoaret ꝓiudicium in iam clericuz talis non valeret per ea. que notat Hoſtienſ. in ſumma. de conſue. ſ. fi. verſiculo ſed pone. Et Cy. poſt Jacob. de ra. in. l. ij. C. que ſit longa conſue.

Tertia qó An inter laicos valeat cō ſuetudo q̄ ſucceſſio ōferat̄ ꝑ genito

de q̄ q̄one remittit Joh.an.ad nō.p se post Hostiē .in.c.licz.de voto.In magnis eñ feudis q̄ diuidi ꝓhibenē in bonozē et fauozē imperij.hec consuetudo obseruaē z lege iuuaē.l. ipe rialē.⁊ ꝓterea.ō feu.non alie.sine ꝓsi. dñi.colt.ix.nec posset pater hoc ius auferre ꝓmogenito.ar.c.si diligenti de so.compe.

Quod quis mandato facit iudicis.dolo facere non videtur.cuz habeat parere nēe.

Pone exēpla vt ī.g.Et bze uiter ꝫ regla ꝓcedit i ꝓcernentib⁹ officiū iudices.ī his eī parens mandato eius a dolo excusatur.exq̄ nēcitas parendi facit cessare ꝓsumptionē doli.vt in.l.q̄ cū maioz C.de bo.q̄ libe.et maleficiū ꝓmittiē sine dolo aut lata culpa q̄ dolo eq̄paratur.l.illud.ff.de iniur]. Et ꝫ vera.nisi in atrociozibus in qb⁹ magis deo q̄ hominib⁹ obedire opoztz.xi.q.iij.si dñs.z.ff.e.ti.l.ad ea.et ibi latius de materia.

Jo.an ponit q̄nez de illo q̄ occidit ꝓmissione iudicis vel statuti clericū bānitū q̄ laic⁹ putabaē an excuseē a dolo.et ꝓsupposito q̄ valeat statutuz .q̄ bannit⁹ possit impune occidi.vt nōt Jo.an. in spe .de ꝓsti.ad fi.Soluendo dicit aut iste occidens sciuit bānū ō iure non tenere.et tūc puniri oz q̄si dolo fecerit.l.penul.in fi.ff.de adult]. Aut ignozauit bannū non tenē et illū clericū eē.et tūc absoluetur. cū iustā ꝫ ignozantie cām.q̄ excusat in crimini bus.⁊.sed nedū talia.Insti.de vi bo. rapt .z.l.illud.ff.de iniur]. Aut sciuit illū clericū.sed ignozauit bānū non tenere.et tunc etiā absolueē.si erat talis persona in quā verisimiliē cadit talis erroz.de quib⁹ in.l.cū de indebito.⁊.finaūt.ff.de ꝓba.alias ille punitur q̄si dolose ꝓmiserit.ar.l.diuus. ff.ad le.coz.de falſ.

m **Ora sua cuilibet** est nociua.

Pone casū vt in.gl.et intelige mozā esse nociuā mozoso q̄ ad plura.⁊primo eñ facit eū teneri de casu fortuito etiamsi res eodem modo fuisſz peritura penes dñm.fm.g.et ē cōis opinio.quā etiā tenet.g.in.c.vno.ō.de ꝓmo.et.c. bona fides.de depo .Scdo moza ē nociua q̄ ad fruct⁹ ad q̄s teneē mozos⁹ ex die moze .qū aliq̄d petiē per actionē bonefidei.vel p actionez ex testamento q̄ sapit naturaz actionis bonefidei.l.si q̄s bonozuz.ff.de.le.ij. Jdē si ē actio stricti iuris p quā peto mihi restitui qō meū ē .ꝛ si peto alienū vēiūt a die lit].pt].l.videam⁹. circa pn.ff.de vsur]. Tertio ē nociua q̄ntū ad interesse qō peti pt et augeē ex die moze in odiuz mozosi debitoris.l.qui kalendis.ff.de re iudi.et vi. ꝫ By.de materia interesse .qui scribit plura subtilia et vtilia .Quarto nocet moza quo ad causarum prosecutionē.q̄ si cā ꝓgnita fuit statutus actozi termin⁹ ad agenduz.aut reo ad excipiendū post terminū nō audit⁹.de q̄ p By.ī regula indultū.ō.e. et ꝫ in fi.g.q̄ dicit in p̄paratozijs bene purgari mozā. qō verum cuz ius alterius partis non est factū deteri us.vt nōt.g.in verbo breue tempus in.c.cum Bertold⁹.de re iudi.Post litem contestatam autez non potest purgari moza nisi fingeretur non

fuisse in moza fm.g. vt si post lataz sniam veniret adhuc iudice sedēte p tribunali.l. diu⁹.ff.de in inte restitu. vel si habuit iustā cām absentie .qui fingitur non fuisse absens aut mozo sus.c.cū Bertoldus.de re iudi.s.Et tria requisita ad hoc vt qs pstituaī in moza.vi⁹.hic in.g.et de materia moze.vi⁹.in.l.moza.ff. de vsur|.l.qō te.ff.si cer.peta.et latissime p Bar.i l.si isulā.ff.de verbo.ob.ꝛ p Inno.et Hostien.in.c.pter.s.de loca.

Jo.an hic duas ponit questi ones ꝓma est statu tū epi puat beneficiatos iure suo q infra mensez titulū institutionis sue in memozia lib⁹ epi non faciūt poni qdā canonici qui id facere omiserūt possident nihilominus pacifice sua beneficia.et iminente vacatiōe eccie plātū eligūt.queritur an valeat ele ctio.Soluendo dicit electionē valē. quia canonici pacifice possidebant canonicat⁹.ꝛ cōiter reputabanī ca nonici .qō sufficit probare cuicz ele ctio ꝓuiso aut pūtato.vt i.c.querelā. de elect.c.cum olim .de cā poss.et.c. ꝓsultationib⁹.de iure patro .Itez h canonici a pncipio titulū habuerūt ꝛ auctozitatez supiozis .licz ergo ici derunt in penā puationis.valent tn gesta p eos q̄diu tolerantur .imo nec possz habens titulū a pncipio.lz p penā iuris eo puat⁹ sit possessione puari.nisi causa ꝓgnita.et eo vocato vt in.c.licet.s.e.li.de pben. Aliud tn essz si isti eligentes fuissent intrusi .q a pncipio nulluz t. ulum habuissent fm Jo.an.

Secunda qō Execu toz dat⁹ p papam ad puidendū Andree si es set idone⁹ de prelatura vacante post pemptoziū qō assignauit canonicis ad opponendū ꝓtra lras vel psonaz. cum null⁹ ꝓtradixissz sibi ꝓtulit pla turā q tpe longo possedit eā.nūc co rā legato pape Joh .canonic⁹ petit illū remoueri.q tacuit i lris bnficiū qō habebat.et quia tūc patiebaī de fectū etatis.excipit ille andreas de la psu termini pemptozij . de q supza q̄ ritur an obstet.Soluēdo dicit illuz Jo.canonicū audiendū.quia termi nus dat⁹ p executozē fuit dat⁹ ad ex cipiendū nō ad denūciādū.vel accu sandū.et sic accusanti nō obstat .ar. c.veniēs.ij.et.c.cām q.ꝛ.c.cū in tua. de testi.Et in vtroqz casu lre ꝛ pui sio secute ex illis fuerunt nulle.vt p batur in.c.si motu ꝓpio.ij.rūso.sup. e.li.ꝛ in.c.si eo tpe. de rescrip.e.li.

Ꝑ Aque fiunt a iudice si ad eius non spectāt officiū.viribus nō subsistunt

Done casū vt in.g. Et itel li ge hāc regulā hre locū.etiāsi id qō factū ē sit bonū.vt dicit.g.dū tn non sit tale qō depen det ex potestate ordinis .vt est ordi nare clericū.ꝓsecrare basilicas.vt pz ex fi.g.Et dic de alijs.vt in.g.ꝛ latis sime p ꝓpe.de anco.p quem hec regu la est repetita

Jo.an ponit hic qōnem .de epo aut supioze alio qui precepit aut statuit ꝓpter hone statem melius conseruandā q nulla mulier in loco sue iurisdictionis vte retur ornamētis fucati colozis siue auri argenti vel gēmarū vltra certā q̄ntitatē seu lōgis vestib⁹ vltra certā mensuram.et contrafacientem excōi cauit.Queritur an q̄libz mulier cō trafaciens hanc penā incurrat.etiāsi

mari tus eius cõtrariũ ꝓcipiat. Solu
endo dicit. q; q̃cũq; vtitur fuco co
loꝛe ad fingendũ pulcritudinẽ non
habitã incidit in penã. quia talis fu
catio exq̃ de sui natura est mala. cuz
cuiq; placere ꝺbeat coloꝛ naturalis
nec sine iniuria dei alius ꝓt supponi.
de ꝓsecra. diſt. iiij. ostendit. ꝛ. ꝯ. q. ꝯ. q; q;
dam. Ibi ecca ſt. iiij. dicit. non accipi
es faciẽ aduerſ⁹ faciẽ tuaz. faciem ini
quã picture aduersus faciẽ nature. ꝛ
ergo in hoc vxoꝛ non debz obedire
marito. xi. q. iij. non ſp. cũ ſimilib⁹. et
ſic loq̃tur. c. fucare. de ꝓse. diſt. v. Cir
ca alia ãt oꝛnamẽta dic. q; q̃libz nõ
nupta teneꝫ ꝓcise obedire ſtatuto. ꝓ
c. ſciendũ. viij. q. ꝯ. quia etſi oꝛnat⁹ i ta
libus poſſit esse sine moꝛtali pcco. vt
vt pz iudith. x. c. et Heſter. ij. c. et fa
cit quia vsus rerũ non est in culpa. ſz
abuſus. xli. diſt. c. ꝯ. vis tñ pꝛecepti fa
cit transgreſſionẽ moꝛtalẽ. Circa nu
ptas aũt dicit. q; ſi vir exp̃sse ꝓcipit
ꝓtrariũ ei⁹ qõ ſtatuto ibi p̃cepto
ſupꝛioꝛis ꝓtinetur. debz obedire ma
rito. cui⁹ obedientie ĩmediate et ꝑn
cipaliẽ est astricta. ꝓtra cui⁹ volũta
tem tale ſtatutũ in his mulierẽ non
potuit obligare. ſicut aperte ꝓbat.
xxxiij. q. v. manifeſtuz. et. c. ℔ imago.
marito aũt tacente aut exp̃sse ꝓsenti
ente seruare debz ſtatutũ. Et multa
pulcra ℔ de oꝛnatu mulierũ. an ſit li
citus. an pccm. vide p Joh. an. et ali
qd p doc. s. ne cle. vl mõ. sup rubꝛica

Cienti et con-

sentienti. non fit iniuria neq; dolus

Pone casũ vt in. g. que etiã dicit regulã ꝓcedẽ
in ſcire debente. Et dicit ꝑncipium i
hac regula ponderandũ. dat etiã rõ
nem regule. de quib⁹ omnibus dic.
in ea. et q̃liter dol⁹ ꝓt ꝓbari. vide ℔
per Joh. mona.

Jo. an. ponit qõnem de exem
pto qui ꝓtraxit in lo
co exempto. et ꝓmiſit creditoꝛi non
declinare foꝛum dioceſani. ſi ſtatuto
termino debitum non ſoluiſſz lapſo
termino p̃ceptuz de ſoluendo a dio
ceſano recepit. et q; dioceſan⁹ igno
rauit illũ exemptum. nec cõiter talis
putabatur illũ citauit. et quia nõ cõ
paruit. ipm tanq̃ ꝓtumacez excõica
uit. Queritur an liget talis ſnia. vide
tur q; ſic. per hãc regulaz. quia nõ ꝓt
dicere q; ſibi fiat iniuria. quia ſciuit
et conſenſit. Soluẽdo dicit q; exem
ptus ꝑuilegio foꝛi renũciare nõ poſ
ſit exp̃sse vel tacite ſine licentia pape
etſi renũciat. ꝓceſſus. vel ſnia non tz
cũ etiã ſupꝛioꝛis fauoꝛẽ ꝑuilegiũ ex
emptionis. reſpiciat ne ſu⁹ ſubditus
iudicetur ab alio. facit. ij. q. ꝯ. c. ij. ꝛ. c.
multi. ꝛ de iureiuran. c. nimis. Non
ob. nõ. in. c. cũ tpe. de arbi. scz q; vale
at q̃ ad renũciantẽ. quia illud et om
nia ſimilia ꝓcedũt. qñ renũciatio
ledit ius renũciãtis tm̃. et non ſupio
ris vel alteri⁹. facit bñ. c. romana. s.
e. li. de foꝛo ꝓpeten. vbi etiã partib⁹
ꝓsentientib⁹ archiep̃s omiſſo articu
lo appellationis non ꝓgnoſcit de ꝑn
cipali. non obſtat q; tacite cõtraben
do ꝓt renũciare foꝛo. c. i. de ꝑui. s. e.
li. quia illud non fit ſine auctoꝛitate
pape ꝛ iuris cõis hoc pꝛouidentis.
Et eodez mõ rñdetur ad decre. vlt.
de pe. et re. vbi exempt⁹ ꝓt ſibi eligẽ
iudicẽ anime et ꝓfeſſoꝛẽ ꝯm Jo. an.

Interſerit etiã Jo. anꝺ. aliã qõnẽ que
fuit qõ Joh. de deo. xxxij. an ſi iudex
laicus citauit vere clericum. qui tñ

cōi opinione laicus habebatur vt se defenderet ab accusatiōe homicidij. et quia nō venit eū bānivit. an tenea bānū. Et soluendo dicit q cū deliquit incedendo sine tonsura nesciretur clericus 7 fuissz ptumax .potuit p iudicē laicū puniri.p.c.ex parte. de pūle. Et huī occasione plene distinguit.an et qñ qs tenetur venire ad iudicē allegatur suū pūlegium. de q etiā in.c.prudentiā.7 ibi sup.g. ij.supra.de offi.delega.7 de accusat. veniens.in glō.finali.

q Ne a iure cōi exorbitant.nequaq sunt ad consequētiā trahenda.

Pone casū vt in.gl. Et dz hec regula intelligi fm By.et Jo.an.de his q a iure cōi deviant aut discordant .vel q sūt cō traria iuri cōi.ea em sunt restringenda tanq odiosa.7 neq sunt ad cōsequentiā.id est ad similitudinez trahenda aut in exempluz.et illud facit ad qōnē.an extravagans sup cathedram .que hodie habeā in cle.ducū. de sepul.debeat extendi ad alios mēdicantes q pdicatores et minores. de quib loqtur.et.g.tenet q non.p hanc regulā.de quo dic put dixi in c.constitutionē.sup.e.li.de regula.in pma pclusione. Itē facit hec regula ad qōnem disputatā per Jo.and.q sacer ordo non dirimat sponsalia d pūti pus ptracta.licet id faciat pfessio.q hoc exorbitat a iure .Et ita ē determinatū p extravagantez Job. xxij.antiq cōcertatiōi.et vid. de hac qōne.g.iij.supra.e.li.de voto.c.vno.

Jo.an. ponit hic qōnem. An epus possit dispensare cū monacho translato ad ecēiam parochialē q habere possit cuz illa beneficiū non curatū. Soluendo tz q non.quia q monach instituit in ecēia seculari est phibituz a iure.q cōtra officiū monachale 7 stabilitatem monasteriū.xvi.q.j.monach.c.sicupis.c.placuit.et supra. de regula. c.sup eo. Sed ab hoc iure exorbitat ius qd ex cā cōcedit eū pfici ecēie seculari parochiali.lv.dis.prisceis.xvi. q.i.c.sic viue.cū.c.sequētib. Illud q ad aliū casū nō trahatur nec amplietur p hanc regulā cū concor .Si eī qui eligit vitā contēplativam pter officiū pdicandi et curā animarū pmittitur trāsire ad activā .q dicitur magis fructifera.c.nisi ad finē.de renūcia. Cessante hac rōne.phibetur tūsire ad secularē ecēiaz aut būficiū

Mod oés tā gīt.ab omnib dz approbari

Pone casum vt in.g. Et intellige regulā in eo qd est cōmune plurib vt singul.nō in eo qd est cōmune plurib vt vniuersis.quia in illo stat maiori parti l.q maior.ff.ad municipa .l.aliud.ff. refertur.ff.e.ti.et fm Jo.mona.in re cōi plurib vt singulis sufficit singularis 7 successiua approbatio in extraiudicialib.de q vid.g.sup verbo tractat.in.c.j.supra.e.li.de re.ecē.nō alie. Et de materia hui regule vid. p.g.7 doctl.in.c.cū omnes.de cōstitl. Et alia dic vt in.g.ista

Jo.an. ponit hic qōnē dūica Item Bar.brix .lxxv.q est Consuetudo erat in ecēia .q canonici absētes tātuz percipent qntum pūtes.sz epus loci cū canonicis pūtib statuit.q absētes nihil haberent.queritur an pīudicetur alijs.ecē

in scolis absentib⁹. Jo.an. soluendo credit ꝙ statutū illud valeat. dūmō cōiter omnes respiciat. ⁊ liget etiam statuentes si se absentauerint⁊ p̄iudi cabit absētib⁹. alias nō ꝓuilegiatis sup ꝙceptione fructuuꝫ in absentia. facit ꝓo solutiōe nō. in. c. cū omnes. de ꝓstitu. c. fin. supra. e. li. de rescp. c. ſ. de his q̄ fi. a ma. par. c. cum concor.

Nobscurismini mū est sequendum

Pone casū vt in. g. Et ītel lige hanc regulā ꝓ cedere in q̄ntitatibus ⁊ cessantibus ꝓiecturis. ſm. g. et ꝓbatur in. l. semp in stipulatiōib⁹. ff. e. ti. Jtem ꝓcedit vbi electio non ē creditoris. quia si creditor hꝫ eligere fallit regula. nisi minimuꝫ eligat. iuxta. l. ſ. ij. ⁊. iij. ff. de op. lega. Jtē ꝓcedit ſ regula etiā in delictis. de q̄ hic ꝓ By.

Jo.an ponit hic qōnez. Exē ꝓt⁹ manēs in loco ex empto ꝓiecit lapidē ꝓ quem ꝓcussit stantē in loco nō exempto. queritur q̄s sit iudex hui⁹ delicti. an ordinari us loci. an ꝓlat⁹ exempti Solutio dicit vtrūq; iudicē. scz ꝓlatū exem pti respectu ꝓncipij qđ spectat ī ma leficijs. c. cū volūtate. supra. de sentē. excō. et quia sub eo perfectū est deli ctū quo ad delinquentē ꝓ tex. in. c. ſ. de ꝓsūp. qui mittit lanceā ꝛc. iunctis notatis ibidem ln. g. i. et ordinariuꝫ loci respectu finis vel effectus q̄ est Ponderand⁹. de cle. non resi. relatuꝫ. et ibi ꝓcor. in. g. ij. Jn ꝓtractu autez inter p̄dictos in dictis locis celebra to. ponderari deberet loc⁹ vbi ꝓtra ctus ꝓfectionem ⁊ eē recepit ⁊ ꝓsum mationez. vt si vn⁹ dicit. ꝓmittis. x. alter dicit ꝓmitto. vel ſvn⁹ dicit ven do tibi rem talē ꝓ. x. alter dicit emo vbi erat ille ꝓtractū sic in instanti ꝓ ficiens. ibi vterq; forū sortitur rōne ꝓtractus. ꝓ. l. obligari. ſ. tutor. et. ſ. fi. ff. de auc. tuto. nisi essent ꝓsone. q̄ rō ne contract⁹ non sortirent forum. de quibus in. l. heres. ſ. i. ff. de iudi.

e **Jm qui cer** tus est certiorari vlteri⁹ non oportet

Pone casū vt in. g. Et ītel lige regulā de eo q̄ cert⁹ est vel esse debz. quia talē non oportz certificare. ſm. g. nisi denūcia tio sit nēcario requisita ⁊ de ſba. quia tunc etiam scienti oportz denūciare. vt in. l. denūciasse. circa ꝑn. ff. de ad ulte. que tñ in dubio non ꝓsumitur requiri circa scientē. cum fieri soleat denūciatio vt ī certus certificetur. l. Jtem veniunt. ſ. petitaꝫ. ff. de peti. he redi. ſm By. Cetera dic vt in. g.

Jo.an ponit hic. q. quam dis ꝓputauit de duob⁹ de legatis cū cl̄a. ꝙ si non ambo. quoꝝ vnus solus ꝓcessit suo collega ve re impedito. sed ō impedimento nō facta fide. queritur an valz ꝓcessus. Soluendo distinguit an sit impedi mentū impediens iurisdictionē aut exercitium ꝓpetuū vel tꝑale inevita bile. et tūc siue illud sit notoriuꝫ siue non. dum tñ nec iudex nec pars qō nem aliquaꝫ retulit. valz ꝓcessus. ꝙ verū est ex existentia conditionis il lum q̄ ꝓcessit iudicē esse. nec fit ibi per partes aliq̄ ꝓrogatio iurisdicti onis. sed sola remissio ꝓbationis. Aut est tale impedimentū in q̄ neces saria est exceptio. vel est impedimen tū incōmoditatis vel voluntatis. et his casibus non valz ꝓcessus. et sic

intelligitur.g.ij.in fi.et sequētes in.c. prudentiā.de offi.deleg.Et rō quia ꝓmo casu oportz purificare ꝓditionem ꝑ exceptionē oppositā ⁊ ꝓbatāz vt in.c.si ꝓtra vnū.supra.e.li.de offi. dele.scdo casu non ꝑ incōmoditatez sz ꝑ excusationem existit conditio.c. sciscitat⁹.versi.dūmō.supra.de rescp. Tertio casu scz volūtatis oportz de illa ꝓstare vel ꝑ ꝓtumaciā ipi⁹ requisiti non venientis .vel ꝑ aptam resistentiā. Nec aliter dicitur ꝓditio existere.et sic in his casib⁹ taciturnitas partiū non essz remissio ꝓbationis sz ꝓrogatio iurisdictionis in exercitio q̄ in delegato nō ꝓcedit .sz in ordinario ſm. Jo.an.

On licz actori qō reo licitū nō existit

Pone casū vt in.g. Et ē rō hui⁹ regule.quia eq̄litas in iudicijs debz obseruari .c.nouit.supra.de iudi.c.in iudicijs.supra e.ti. Cetera dic vt in.g. que ostendit q̄re regula ista sit formata.et dat alias dras inter reū et actorem

Jo.an. ponit hic qōnez vsitatā de accusato coram iudice laico de homicidio q̄ allegat se clericū ⁊ ad hoc ꝓbandum coraz iudice ecciastico ꝓducit litteraz papalē in qua nominatur clericus ⁊ canonic⁹ parisien.queritur an sufficit hec ꝓbatio isto casu. Soluēdo dicit hāc lrām hoc casu sufficere .facit ad hoc ꝓsumptio littere auctentice. Nam littere pape per multas manus transeūt.de rescp.cum adeo.⁊.c. ad audientiā.ergo ꝓsumitur ꝑ ipis Scdo facit fauor clericalis ordinis Nā pharao clericos honorauit⁊ libertate dotauit.de emp.ecc.c.nō minus Et Cōstātinus eoruz accusatores recipere recusauit.xi.q.j. sacerdotibus.Tertio facit nullum vel modicum ꝓiudicium alterius Nam pena delicti non tollitur per hoc. sed eius spēs.et qō differtur non auferē xxxij.q.ij.ancillā.de voto.c.non ē.et facit bñ.decre.si iudex.supra .e.li .de sen.excō. Naz si sola fama de clerica tu facit fieri remissionē.vt ibi.nō minus ista lra valere dz hoc casu .si tm ꝓus habebatur ꝓ laico.tunc cum eo casu teneatur facere fidem de titulo.vt.e.c.si iudex.ff.in.non videtur ꝫ littera sufficere. Item si iste agendo in iudicio aliquo vendicaret bñficium vel aliud qō clerico cōpetit aut peteret admitti ad celebrandum ꝑ populo aut similia .talis littera nō sufficeret.quia nominatio illa ius nō tribuit.et ꝓbatur.xlv.dist.qescam⁹. in ꝓn.ibi si in clero electum se dicat. si sacerdotem se nominet ꝛc.et in extraua.Bonifacij.in iūcte.versi similiter cū sequentib⁹.et de cle.peregri.c. j.cum sequentib⁹.Debz ergo ostēdē lras ordinationis sue quas secū habere debz.ij.q.j. legum.

Jtare ꝯsiliū quis non ꝑt in alteri⁹ detrimentum

Pone casū vt in.g.q̄ remittit de materia ad regulā qō sem el.supra.e.ti. quā dicit intelligi debere.ſm istā Doc.etiā ponunt casū in iudice qui sñiam suam mutare non ꝑt.l.iudex.ff. de re iudi. qō verū in diffinitiua valide lata.secus in inēlocutoria aut i diffinitia invalida.de quo in.l.si iudex .C.quor qñ iudex.l.qō iussit.ff.de re iudi.et ꝑ canonistas i.c.cū cessāte.s̄ .de appel.

Joan. ponit qōnem disputa tam p ipm. Nicolaus delegauit cām duob⁹ cū cl'a q si nō ābo nolueritis interesse ⁊c. alter ipo rū delegationi renūciat. queritur an ipm de hoc penitentē collega teneat admittere. Soluēdo dicit q licz no lit interesse. remanet tn delegat⁹ cau se. nec hoc abdicare ꝑt exꝑsse p renū ciationē. quia iudicādi mun⁹ nēariū est. l. legat⁹. ff. de offi. ꝑsi. l. fi. ¶ Iudicā di. ff. de mu. et honori. Sic ergo cl'a non poteritis, intelligit q̄diu nō po teritis. Et ergo collega qui socio im pedito processit. solus tenetur ipm nūc potentē admittere. c. cozā. de of. dele. facit. c. cū cessante. supra. de ap. Ita ergo collega qui socio nolente ꝓcessit tenetur admittere ipm volē cem ꝓcedere. et fortius hec ꝓcedunt cum hec clausula aut nolueritis. non est expressa. ꝛ subintellecta p interp tationem. ¶ adijcim⁹. in. c. prudentiaz supra. de offi. delega. vbi eq̄parātur nolle et non posse. cū tunc nolens q̄ diu non vult peccet. et se redargutio in submittit. vt ibidem patz.

Eneri per spe ciem derogatur.

Pone casū vt in. g. que dic etiā hanc regulā p cedere in rescptis. non aūt in ꝓuilegi is. Et dat rōnem diuersitatis Ratio aūt regule est. quia q̄n aliquid intel ligitur sub alio et etiā exprimit. tūc ampli⁹ non intelligitur. sed p exꝑssi onem spēi derogat ipi generi. hoc ē gen⁹ in parte tollitur. ꝛcz quo ad illā spēm exꝑssam. p q̄. l. derogatur. ff. ō verbo. signi. Et de materia hui⁹ re gule late distinguit boyck. in. c. stu duisti. de offi. le. Alia dic vt in. g.

Joan. ponit hic qōnez. Eps ꝓcessit Titio specialez licentiā semel ingrediendi certā clau surā. non obstante statuto ꝓhibente ingressū. et ante vsū illius licētie ge neraliter indulsit quēlibz semel certa die ibi ingredi posse forte. in die dedicationis aut professionis alicu ius monialis et. T. ea die virtute illi us generalis licentie ingressus ē hoc ꝓtestans. queritur an ex sua spēali li centia adhuc ingredi possit. Distin guit. quia aut in vtraq̄ licentia exp mitur causa ingressus. etsi est eadem cā puta ad visitandū reliq̄as alicui⁹ sancti. sufficit vnus ingressus. Idem si obtinui licentiā hanc duz confan guinea mea velari debuit et postea p illo actu omnib⁹ data fuit. facit. c. si paup. supra. e. li. de ꝓben. Idem si sint diuerse. ꝛz vno ingressu poterant expediri. vt generalis licentia pmit tit visitationem sancti. spēalis pmit tit visitationem sororis q̄ debz eē cō pendiosa et breuis. Si aut cause es sent omnino diuerse q̄ similiter ex tē pore vel facto. verisimiliter non pos sent expediri ꝓpter tumultū forte ge neralis ingressus iterū ingredi ꝑt. q durante cā. durare debz licētia. c. cū ces sante. supra de appel. aut in altera li centia tn exp̄mitur causa. ⁊ maxime in spēali. et idem quia si simul pote rant expediri. non ingredietur ite alias poterit ingredi. Aut in neutra licentia exp̄mitur cā aut tempus. sed simpliciter ē data licentia. tunc ī hac matēia restringibili ⁊ odiosa stricta presumatur intentio ꝓcedentis ad p mam vicē tn qualitercūq̄ ingredia tur per regulā odia. e. ti. cū concord. nisi de ipius intentione aliter appa reat. cui tunc stabitur

Plus semper continet in se id qđ ē min⁹.

Pone casū vt in.g. que dicit hāc regulaz ꝓcedere in pluri q̄ntitate. quia qđ plus est. vtiqz tāti est. non aūt in pluri q̄litate. et de ꝓtrarijs formatis in glō. dic vt in ea.

Jo. an. ponit hic qōnem dñi calē Bart. bzix. xxiij. qua queritur si eccā aliq̄ teneatur alteri annua. xx. et tū̄ soluit p. xl. ānos sola. x. an postea eccīa petere possit īegra. xx. Soluit q̄ si. x. q̄ soluebāt ex vna causa debebantur. z illa que non soluebantur. debebātur ex alia cā. videtur in illis non solutis pscriptū. Sed si ex eadē causa debebant. videtur eccīa soluēs partē. agnoscē debitū totum. vt in ff. in. l. cuz notissim i. C. de pscrip. xxx. vel. xl. anno. ꝺ quo p Jo. an. in. c. auditis. de pscrip. super. gl. penul.

Ro possessore habetur q̄ dolo desijt possidere

Pone casum in. g. Et ꝓcedit ꝟ regula in eo q̄ a ꝓncipio sine dolo possidebat. qui si dolose desinit possidere. fingit̄ possidere adhuc quo ad hoc vt in tātuz teneatur sicut possidens. non aūt vt talit̄ teneatur. quia tenetur vtili rei vendicatione. possidens aūt vere tenetur directa. ſm. gl. que dat simile. Et dicit etiam regulam locum habere in plato eccīe quo ad ꝓpria bona tū̄. nō quo ad bona eccīe p regulā delictum ff. e. Probatur autē q̄ qs dolo desijt possidere. ſm. gl. in. c. aduersario. supra. de excep. eo q̄ ꝓbat̄ q̄ tpe litis ꝓtestate possidebat rē nisi ꝓtrariuz desinens possidere ꝓbet. Idem dicit Dyn̄. si post libellū rece ptū vel postq̄z actor sibi denūciauit se daturū libelluz desijt possidere. p l. ij. ff. ex qui. cau. in poss. ea. et ponit ꝟ Dy. multas pulcras qōnes

Jo. an. ponit hic qōnem. An statuta synodalia aut municipalia recipiant interꝓtationē vel extensionez. z aptatur regule. quia non possidens hic ꝓ possessore habetur altero istorum modorū aut p interpretationem. aut extensionez et quid sit extensio satis patz. Interpretatio aūt est duplex. quedā consistit in varietate linguarū. vt theos grece. interpretatur deus latine. ꝺ q̄ in. l. ꝓma. in fi. ff. de ver. ob. et illa locum habz in statutis. de quo nō dubitatur. Alia est que ꝓsistit in obscuritate littere vel sensus. de qua dicit̄ cuius est condere. eius est interꝓtari c. inter alia. de sen. ex. et de illa est qō Soluendo ponit diuersas solutões vna est Jaco. de are. quaz dicit ꝓmunem z veram. q̄ scz statuta possunt inꝓpretari ſm ius ꝓmune. p. l. ij. C. ꝺ notata. ac. ſm lecturā. g. ibidez. et. l. i. §. q̄uis. ff. de ven. inspi. Jtē si interꝓtatio sumitur ꝓ aperta expositione. z hanc etiā bene respiciunt statuta. l. vt gradatim. §. i. ff. de mun̄. z bonori. Si aūt sumitur ꝓ extensione aut ꝓrogatione hanc non recipiunt statuta. q̄ sūt stricti iuris. cuz ex eis dat̄ ꝓdictio ex le. ff. ꝺ ꝓdi. ex le. l. vna q̄ nō est numerata inter actiones beneficiales. §. actionum. Jnsti. de actio. et sic non exꝓressum in statutis habetur ꝓ omisso. l. quicqd astringende. ꝓmo rūso. ff. de ver. ob. de quo hic latius Jo. an. z Anto. in. c. fi. supra. de

ꝑsue.et boyck.in.c.ex parte.iij.de verborum significa.

Tile per inutile non debz viciari

Pone casum vt in.g. Et q materia hui⁹ regule est brocardica.g.alle .p parte huius regule.xxv.iura.et p parte contraria.x.iura.et tandem in hac materia dicit sic dicendū.q regularit vtile p inutile non viciatur .vt hic. Casualiter tñz vbi rō spēalitatis subest est reperire casus in qbus vtile p inutile viciatur.et idez notat. Accursi. in.l.pedius.ff.de arbi. Quaz solutionez by.dic nō sufficē.nisi rō spēalitatis reddatur.quā rōnem dicit.g. nostra esse.quia vtile et inutile sunt inseparabilia.vt est videre in omnib⁹ casib⁹ exceptis.z sequitur Jo.mo.

Jo.an. ponit hic qōnem talē A.et.b.litigantes ī curia sup receptione testium vtriusqz. rescriptum impetrauerūt ad partes coram receptore.opponit.a.q testes b. non debeant recipi. cū rescriptuz ꝑ ipius parte sit nullū.quia excōicatus erat maiori excōicatione tpe date.queritur an hoc ꝓbato rescriptū valeat ex toto vel ī nullo valeat.aut ex parte.a.tm̄ valeat. Solutio.nullū est dubiuz si impetratū est rescriptū in casib⁹ ī quib⁹ etiā sol⁹ excōicat⁹ p̄t impetrare.de quib⁹ in.c.j.de rescp.s. e.li. Jtez si excōicatus in p̄dicto iudicio fuit re⁹.quia p̄t omnia ad sui defensionem ptinentia.c.intellexim⁹ de iudi.c.cū inter.ō excep. Sz qō remanet qñ excōicatus fuit actor ꝓme cause aut litis.et tunc dicit in totum valere rescptum. de ꝓsecutiuis iudicij impetratū.ex quo ñ fuit exceptū. Sz si adhuc excōicatus est licz exceptio non obstat rescripto .obstabit tñ ꝓductiōi testiū quā facit vt actor sicut obstaret corā delegante.

reonō debet quis fructū consequi qō nis⁹ extitit impugnare

Pone casū vt in.g. Et ītelligē hanc regulā p cedere trib⁹ ꝓcurrentib⁹.scilz qñ ꝑsueret impugnans cū effectu in impugnatione. Scōo q non rōne officij id faciat.sed suo nomine et voluntarie. Tertio q idē sit capl'm qō impugnat exq̄ nititur nūc fructuz consequi Fm.g.que etiā dicit hanc regulaz cōuerti.vt pz in fi.in ea.

Jo.an. ponit hic qōnem diſputatā p eū.et est ista. baptisauit vel leuauit paganū.iudeū vel hereticus puerū.queritur an inē istos et pueruz istū aut parentes eius oriatur aliq̄ cognatio spūalis.qō ñ videtur per hanc regulā.quia cū isti fidem et eccīam impugnāt ex nullo eccīe sacramento spūalē ꝓgnationez ꝓtrahere debent. Soluendo dicit in heretico non solū baptisante. sz etiā leuante contrabitur cognatio spūalis.quia talis est quo ad habitū de corpore eccīe.ꝓpter sacramentuz baptismi qō bz qō p̄ heresim non perdit.c.ānto.de diuor.et de ꝓse.di.iij. ostenditur.et sic spūalem cognationem contrahit. Secus in pagano z iudeo.p eandem rationem conuersā Nam sunt extra eccīam.nec participant sacramentalibus.ergo per cognationem spūalem contrahere non possunt. Quare aūt non baptisatus p̄t baptisare.vt in.c. firmiter.ꝑ.sacramentum.de sūma.trini.et non p̄t le-

uare.de ꝑse.di.iiij.c.nos autez.dicit Joh.anō. quia sicut quis nascitur carnaliter ex patre ⁊ matre.sic spūaliter renascitur ex deo patre et ecclia matre ꝑ baptismum. Qđ colligitur xij.q.ij.qui abstulerit.et.c.ad mensā. xi.q.iij.ꝑferens baptismi sacramētū gerit typum ⁊ ꝑsonam dei.ij.q.j.sicut xp̄us.et.c.intra. Suscipiens autē seu leuans gerit personaz ecclie.c.vnico. de scruti. Quia igitur non baptisatus est creatura dei.eius typuz gerē potest.non tamen est membruz eccē igitur eius typū leuando gerere nō potest.vterq; tamen quia expers est vite spiritualis in quam primuz hō per baptismum renascitur nullā spiritualem cognationez ꝓtrahere pōt Ita intelligātur nota.in.c.in baptismate.de conse.di.iiij.et.xxx.q.j.c.j.

C Vm quid pro hibetur.prohibent omnia q̄ sequūtur ex illo

Done exempla huiꝰ regule vt in glō. Et silem regulam dat hic By.quia aliquo ꝑ hibito omne id prohibetur per qđ peruenitur ad illud.et probatur in. l.oratio.de sponsa.ff.vbi prohibito matrimonio.prohibita intelligūtur sponsalia.ꝑ que peruenitur ad illō. et ibi concorđ.de hoc. A contrario etiaz huius regule.etiā patz q̄ vno concesso.concessa intelliguntur que sequūtur ex illo.et facit regula accessorium j.eodem.

Jo.an. ponit hic questionem An ex priuilegio concesso studio vt quidaz prohibiti audire ius ciuile.possint libere ī eo studere.liceat eisdem prohibitis in eodem studio ius ciuile docere vel in eo doctorari. Solutio.putat q̄ de scholastica lectura quā facit scholaris ad studiuz suū tātū non sit dubium.q̄n illa vti possit is de quo queritur.quia tunc potius docetur q̄z doceat. Nam talis lectio est quedaz assuefactio.ff.ad.l.aquil. qua actiōe ·S·si quis in colluctatione.et.j.q.j.dicit. A lectura autem doctorali ante factum ꝑsulit Jo.an.abstinere cuz ꝑ uilegium concedat prohibitis audire ius ciuile.modo audire et docere sunt diuersa .vt patet ex diuersitate nominum.l.si idem.C.de codicil.et diuersis membris hi actus conueniunt.lxxxix.dis.singula.et satis probatur in prohemio decretalium ⁊ sexti Post factū ār si contigisset illuz doctorasse ⁊ docuisse.nec infra duozuz mensium spaciuz destitisse. vt procedat dubitatio.p.c.super specula.supne clerici vel mona.putat Jo.anō. eum non incidisse penas concilij.c. non magno.supra ne cle.vel mona. et.c.finali.supra.eodem titulo. Per hanc regulaz a contrario vt permissis auditu ⁊ studio.per que adquiritur scientia permissa dicūtur .que ex his sequūtur.scilicet doctoratus. officiuz.et doctrina.maxime quia licz concilium.c.non magno qđ de monachis loquitur vtatur verbo lectionis.et prohibeat monachos exire monasteria ad legēdas leges ⁊ physicam.decretalis tamen super specula. que loquitur de secularibus illō verbuz non ponit. sed vtitur verbo audire. Et sic pro eodem hec verba ponuntur in materia penali et prohibitoria.vt ibi.ergo et fortius in priuilegio gratioso vno expresso aliud includi debet. Et interserit hic Jo. an.aliqua priuilegia doctorū.de qb⁹

latius per doct. in cle. j. de magist. et requisita ad doct. vide per Panor. in c. proposuisti. de proba.

Lvralis lo cutio duorum numero est contenta.

Pone casum vt in glo. Et dicit hanc regulaz etiã procedere in testibus. per. l. vbi numerus. ff. de testi. nisi alius certus numerus in iure sit adiectus z exps sus. vt in casibus. xv. hic. in. g. enumeratis. in quib⁹ plures q̃ duo testes requirũtur. de quib⁹ casibus pleni⁹ vide in spec. in ti. de teste. ℣ restat. de nũero. z ad. l. j. ff. ō opti. lega. Dic vt in. g. Et facit hec regula ℔ in Jo. an. pro opi. Jnno. et Jo. an. nō. supra. ō fide instru. cũ Jo. in. g. magna. super verbo. et ita scilz q̃ per duos testes reprobetur instrumentum. nam cuz l. optimã in fi. C. de ptrahẽ. z ꝑmit. sti. dicat instrumentum per testes reprobari. itelligatur de duob⁹. decre. etiam tertio loco. supra. de ꝓbatio. dicit per fratres doin⁹ reprobatum intelligatur ergo de duobus ꝑ hanc regulam.

Jo. an. ponit hic questionem. Aliquis coram eodẽ iudice et ab eodem conuenitur sup diuersis rebus diuersis libellis sibi datis. index in vna actione condemnat ipsum. et deinde eodez contextu condemnat eundem. in altera appellat condemnatus et rescriptum impetrat super appellatione sua huius forme conquestus est talis. q̃ talis iudex iniquã tulit diffinitiuã sñiam ꝓtra ipsuz a cuius sententia ad sedez apostolicã appellauit. et sequitur cõclusio generalis. petit impetrans ꝑ hoc rescriptum vtranqz sententiam reuocari. excipitur ex aduerso q̃ nõ fuit appellatum ab vtraqz. sed ab vltima tm̃. queritur an sic excipi põt. Soluit q̃ sic. Nam cuz in rescripto dicatur de sententia ī singulari tm̃. z negari non potest plures fuisse sententias. q̃uis vno contextu verboꝝ prolatas non audietur. nisi contra vnam scz vltimam vel contra durio rem. ff. de solutioni. in primis quinqz. ll. nec ante rescriptum dicetur q̃ ab vtraqz sententia appellatuz sit per l. cum in vna. ff. de appellat. vbi dicitur. q̃ si duplex sententia fertur in causa vna sortis. et alia vsuraruz. duplex appellatio est necessaria ne alteram agnouisse et ex altera prouocasse videatur

Ꝟputari nó de- bet ei per quem non stat si non faciat qõ per eum fuerat faciendum.

Pone casum vt in glo. Et dic q̃ vbi quis obligatus est ad factum aliquod si q̃ntum in eo est paratus est id facere. ꝛ aliqua impossibilitas seu causa impeditiua superuenit ex post facto eli ditur obligatio. ac si impossibilitas facti accidisset a principio. vt hic in l. nemo potest. supra. eodem titulo. Si tamen infra certum tempus aliquid facere tenetur aliquis. et non stat per eum quo minus id faciat tunc licet non imputetur sibi. vt hic nihilomin⁹ post lapsuz temporis tenetur celsus. ff. de arbit. et c. cum dilecti. supra de dolo et contumacia. ℔ que etiaz intelligit regulam. nisi

qs ſua culpa incidiſſz in caſuz ꝑter quē poſtea facere non potuit. quod fuit faciendum. tūc em̄ illud eſſz ſibi imputandū. quia regulariter caſ⁹ ſe quēs culpaz imputatur. c.j. et qō ibi notatur. s̄. de eta. ⁊ quali.

Jo.an. ponit hic qōnem. ſecū do poſt doctoratuz ꝑ eū diſputatā q̄ fuit. Quidam diaconus ꝓmotus ad eccīam parochialē vltimo die ſeptēbris habuit pacifi cam poſſeſſionez eccīe. neglexit vſq; ad q̄ttuor tpa ſeptembris ꝓmoueri ad ſacerdotiuz. et in ſabbato q̄ttuor tpm illi⁹ menſis nullo mō potuit ꝓ mouerī ꝑter infirmitatē aut aliud impedimentū. queritur an finito illo mēſe ⁊ p conſequēs anno ſit ꝓuatus eccīa ꝑ ꝓſtitutionē licz canon. s̄. e.li. de elect. Et eadē qō p̄t formari ī diſpenſato ad ſeptēnium cā ſtudij q̄ infra annū dēbat fieri ſubdiaconus ꝑ decre. cū ex eo. in fi. s̄. e.li. de elect. Hanc regulā inducit Jo.an. ꝑ et cō tra. facit em̄ ꝑ eo. quia non ſtetit per eū in ſexto et vltimo ſabbato. q̄ ꝛo ſibi licebat. ꝓtra eū facit. quia ꝑ ipm ī q̄nq; ſabbatis q̄bus potuit ordinari ſtetit. Soluendo tz iſtū eccīa nō ꝑ u atū. quia ī ꝓmiſs q̄nq; ſabbatis nō fuit in mora reſpectu pene. c.lz canō allegati. et ſic caſus quez non p̄ceſſit mora vel culpa non imputat. l.lucius. ff. depo. l. lecta. ff. ſi cer. peta. Hoc tñ verū q̄n impedimentū ꝓueniens in vltimo ſabbato non fuit ex culpa ipi⁹. vt hic in. g. alias ſec⁹. c.j. de eta. et qualita.

ccеſſozium ſe

qui ꝓgruit naturā ꝓncipalis

Pone caſū vt in. g. Et ꝓcedit ꝛ regula tam in ꝓncipali inducendo. vt in. c. ſi ſuper gratia. ſupra. e.li. de offi. dele. q̄ ī eo tollendo. vt in. l. eos. C. de vſur. l. q̄ ī confirmando. vt in alt. c. ſi ſup gratia Jtē ꝓcedit q̄n in acceſſorio nō repitur aliqua ꝓuiſio aut diſpoſitio ſpecialis. alias ſec⁹. l. centū capue. et. l. ſi. ff. de eo qō certo loco. Et rō hui⁹ ē q ꝓuiſio ſeu diſpoſitio ſpēalis derogat ei q̄ virtute iuris vel ſignificatione verbo⁹ intelligebatur inclusa C. de pac. q̄ē. fm By. et Jo.anō. et ſex contraria que formaī. g. ſoluit vt in ea. et vide ꝛ Pe. de anco. in reperi. hui⁹. c. vbi latiſſime de hac materia.

Jo.an. ponit hic qōnez. Statutuz artat doctores legentes vt diſputent et vt queſtiones diſputatas infra certū diem ſtacionario tradant. doctor ꝓuilegiat⁹ q̄ diſputare nō teneatur diſputauit ſed qōnem diſputatam ſtacionario non tradidit. queritur an inciderat in ſtatutum. Soluendo tenet Joh. an. doctorē de quo queritur incidiſſe in ſtatutum. Maz queſtio non ꝓponitur. de doctore non incluſo in ſtatuto qualis eſt doctor actu non legens aut viator. Sed ꝓponitur ī doctore incluſo vt in legente. ſed ꝓuilegiato in non diſputando et per conſequens tacite ꝓuilegiato ſu per non tradendo queſtionem ſtacionario. ceſſante ergo expreſſo ceſſat etiam tacitum. et renunciato ꝓuilegio ſuper actu diſputandi infertur renunciatio ſuper actu traditionis. que venit acceſſorie et in conſequētiam. c. tranſlato. s̄. de ꝓſtit. et argu. hui⁹ regule. ſec⁹ eſſz ſi eſſz ꝓuilegia

tus copulatiue sup vtroqꝫ .tūc renū ciatio in vno non extēderet se ad aliud pariter ꝓncipale.argu .l.iij.C .si pen.appel.mozs interue.c.qđ a te.de cle.ꝓiuga.cū concoz. Pe.tñ de anco. tz hunc disputando non esse ꝓterea obligatū ad traditionem qōnis stacionario.quia hic exempt⁹ equipaꝛatur ꝓsus extraneo.ꝑ nō.in.c.j.sup̄ e.li.de ꝓuile.ergo idez in eo qđ Jo. anđ.dicit in extraneo. Item isti duo actus copulantur ꝑ statutum tanq̄ act us penitus separati ⁊ pariter ꝓncipales.ergo non debent coniungi postea vt ꝓnexa .aut vt accessoziū et ꝓncipale.quia oziginalis cā intuenda est.l.volūtarie.C.de excusa .tu.đ quo hic latius ꝑ eum

Ji tacet con sentire videtur.

Pone exemplum vt in glō Et differt ꝫ regula a sequēti.q ꝫ regula loquit đ ꝓsensu sequēs đ ꝓfessiōe ⁊ negatione.vt etiā ibi dicā Jtē septez effect⁹ taciturnitatis ponit hic.gl .et dic vt in ea.et de materia in.l.sp qui non phibz.ff.e.ti. facit.l.ꝫ.ff. de feri.

Jo.an ponit hic qōnē.C Cōstitutio epi Bononien. p̄cepit nullā alienationē imobiliū rerū eccīarū fieri ꝑ clericos sine licētia epi vicians ꝓtractū ⁊ addens penā arbitrariā capl'm bononien .premisso tractatu vendit aliqs terrulas ipi epo sine aliq licentia an locus sit penis statuti.Solutio dicendum q̄ non hūt locū pene statuti. quia si dicit epus ꝓtractū non tenere ex viribus ꝓstitutionis ꝓtrahēdo videtur ꝓsensisse ⁊ licentiā dedisse.arg.c.quia in tātū.supra.de ꝑben.vbi epus dispensando sup pluralitate bñficiozū videtur dedisse licentiā in altero nō residendi.c.ex oze.đ his q̄ fiūt.a ma. par.ca.de ꝓui.cū olim cum cōcozđ. Si aūt dicit ex viriḃ iuris cōis cō tractum non tenere.hoc non ꝓcedit quia iuxta nō.xij q.ij.abbatiḃ.iferi ozes in minutis non tenētur nēario habere ꝓsensū epi.Etsi dicatur ꝓtraria opinio verioz.vt etiā tunc consē sus epi requiratur.put tenz Arch.ī alle.c.abbatiḃ.q̄uis sine ꝓsensu epi tunc epus possit facere alienationez c.terrulas.xij.q.ij.tamen adhuc epo potuit fieri hec venditio. Non ob. q̄ in facto ꝓprio auctorisare non potest.cle.si vna.cum ibi nota.de re. eccle.non alienañ.Quia dic hoc verum.quando prelat⁹ contrahit cum alijs ecclesijs.non quando ꝓtrahit cū ecclesia sua cathedrali .et sic etiaz loquitur all'.cle.de quo ibi viđ. nō. in.g.antepenul.facit etiam ꝑ solutione.c.reqsisti.ad si.s .de testa.

S qui tacet nó fatetur.Sz nec vtiqꝫ negare videtur.

Pone casum vt in glō.Et pondera q̄ regula non dicit non ꝓsentit.et sic non ꝓtradicit regule.supra proxime. Nam super confessione et negatione.et non super consensu ⁊ dissensu fundatur hec et lex qui tacz.ff.e.ti. que cōcoz. cum ista.propter attinentiam tamē quam habet confessio ad consensū. et negatio ad dissensum .glosatoꝛes iuris ciuilis et canonici illā materiā adaptauerunt huic regule.que proprie spectat ad regulā.q̄ tacz .et hec regula in effectu duas reglas ponit

quarum fallentias ponit glō.et ꝓclu ſiue dicit glō.ꝙ veritate inſpecta ta cens non loquitur.et ſic nec' contra/ dicere nec expreſſe conſentire videt.

